

**Symbolarum criticarum,  
geographiam Byzantinam spectantium,  
partes duae.**

---

**Scriptis**

***Theophilus Lucas Fridericus Tafel,***  
Dr. Bavaricae literarum academiae sodalis.

---

AX AM 130

- 5, 8

1094 638

**Pars posterior.**

**Pactum Francorum anni 1204 de partitione**

**regni Graeci.**

---



## P r a e f a t i o .

---

Capta a Flandris Gallisque a. 1204 Constantinopoli, singula eos imperii Byzantini membra inter se partitos esse constat. Cujus negotii descriptionem geographicam a Graecis devictis traditam nemo exspectabit. Horum in tali calamitate nil aliud erat, quam diris ac detestationibus raptos persequi, quod Nicetam fecisse scimus; aut rem lugubrem brevi narratione exponere, id quod Georgio Acropolitae placuit, item auctori Chronici Moreotici, Ephraemio, Nicephoro Gregorae, Georgio Phrantzae.

Jam operae pretium duximus, horum scriptorum verba ipsa quasi fundamentum sequentis expositionis praemittere; hinc ad scriptores occidentales s. Latinos, isti aevo superiores, transire.

Primus scriptorum Graecorum est Nicetas in Balduino Flandro s. Urbe capta (Opp. ed. Bonn. p. 787 sq.): Ὡς δὲ καὶ κλήρους πόλεων καὶ χωρῶν ἤρξαντο βάλλειν, ἦν ἰδέσθαι καὶ θεῖσθαι ὅτι διὰ (1. ἰδεῖν καὶ θεάσασθαι διὰ, delete ὅτι) πλείστον τοῦ θανάτου ἀνδρῶν τυφομανῶν μὴ ξυμβλητὴν ἀπόνοιαν, εἴτ' οὖν παράνοιαν εἰπεῖν οἰκειότερον. Ὡς γὰρ βασιλέων ἤδη βασιλεῖς καθεστῶτες, καὶ τὸ περιγεῖον ἅπαν ἐν χερσὶν ἔχοντες, τοῖς μὲν Ῥωμαϊκοῖς σχοινίσμασιν ἀπο-

γραφείς ἐπέστησαν, γινῶναι πρότερον τὰς ἐπετείους ἀπογραφὰς θέλοντες, εἶθ' οὕτω κατὰ πάλους αὐτὰ μερίσασθαι· τὰς δὲ παρ' ἄλλοις ἔθνεσι καὶ βασιλεῦσι καρπουμένας ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας ἐκ τοῦ αὐτίκα διείλοντο. Ἡ τε οὖν ἐν (adde ταῖς) πόλεσιν εὐδαίμων καὶ πρὸς τῷ Νεῖλω κειμένη Ἀλεξάνδρεια τῷ τε κλήρῳ ὑπέκειτο, καὶ Λιβύη, καὶ Λιβύης τὰ ἐς Νομάδας καὶ Γάδειρα παρατείνοντα, Πάρθοι τε καὶ Πέρσαι, ἐπὶ δὲ Ἰβηρὲς ἔϋοι, καὶ Ἀσσυρία γῆ καὶ Ὑρκανοί, καὶ ὅσα οἱ πρὸς ἑω ποταμοὶ τοῖς ὕδασι διειλήφασιν. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ πρὸς βορρῶν νενευκότα κλίματα εἰάθη ἀκλήρωτα· ἀλλὰ κἀκεῖνα οἱ αὐτοὶ διενείμαντο. Καὶ ὁ μὲν ὡς ἵπποτρόφους καὶ φόρους περιβριθεῖς, ὡς ἐκκληρώσατο, πόλεις δι' ἐπαίνου ἐτίθειτο, καὶ τοῦ κλήρου ἑαυτὸν ἐμακάριζεν· ὁ δὲ ὡς κομώσας ἄλλοις ἀγαθοῖς θαυμάζων οὐκ ἔληγεν. Οἱ δὲ καὶ περὶ κλήρου πόλεων ἤρισαν, καὶ ἀντέδοσαν ἄλλοις ἕτεροι (l. ἕτερα), καὶ ἀντέλαβον πόλεις καὶ ὅρια. Τινὲς δὲ (adde ὡς) καὶ μάλᾳ δόξαν ἀσπέσιον τὸ Ἰκόνιον εἰς κλῆρον εἰληφέναι ἠγωνίσαντο. In his, quae Nicetas de Aegypto, Libya, Parthia, Iberia, Assyria, reliquo Oriente et Septentrione habet, ad Francorum cavillationem dicta sunt, talia sc. somniantium, non perficientium. Regnum Byzantinum, certe partem quandam ejus Europaeam, cepisse sat habebant, de Asia, Africa, Septentrione vix cogitantes. Venio ad Georgium Acropolitam, qui fine ejusdem seculi (XIII), cujus initio Nicetas, annales suos composuit. Is igitur cap. 8 ed. Bonn. p. 15: Τῶν γοῦν Ἰταλῶν εἰς πολυμέρειαν τὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς κληρωσαμένων, καὶ τοῦ μὲν ἐκ Φλάντρας ὠρμημένου Βαλδουίνου βασιλέως ἀναγορευομένου, τοῦ δὲ δουκὸς Βενετίας, ὃς καὶ αὐτοπροσώπως παρῆν, μερίδα οὐ σμικρὰν ἐσχηκότος καὶ δεσποτικῶν ἀξιώματι τιμηθέντος, ἔχειν τε ἐξ ὅλου πρὸς τὸ ὅλον, ὃ τὸ Φράγκων ἐκτίησατο γένος, τὸ τέταρτον καὶ τοῦ τετάρτου

τὸ ἡμισυ κ.τ.λ. *Chronicon Moreae barbaro-Graecum, versibus politicis scriptum* (Βιβλίον τῆς κοινῆς), ed. Buchon. 1845 p. 39 v. 1025 — 1029: Ἐτυχε γὰρ τῆς Βενετίας τὸ τετάρτη ἡ μερίδα Καὶ τὸ ἡμισον τοῦ τετάρτου, ὄγδοον τὸ ἐλέγουν ἄλλοι, Ἀπὸ τὴν χώραν τῆς Πολέου καὶ ὅλης τῆς Ῥωμανίας, Καθὼς τὸ γράφεται ἀκόμα ὁ δουκας τῆς Βενετίας εἰς τὰς γραφὰς καὶ εἰς τὴν τιμὴν τῆς αὐτενθείας' που ἔχει. Ephraemius in Caesaribus v. 7 172 sq. (Ed. Bonn. p. 291): Οἱ δ' Ἴταλοι . . Ὡσεὶ γε τετρακλίμων ἰσχυροντες κτίσιν, Ἡ καὶ βασιλεῖς ἐγκαθεστῶτες τάχα Βασιλέων πάντων γε τῶν ἐπὶ χθόνα, Αὐτοῖς διεῖλον σφίσι τὴν οἰκουμένην, Χώρας, πόλεις ἕκαστος εἰς κληρουχίαν Καὶ δεσποτεῖαν λαμβάνοντες ἐν λόγοις. Sua hunc ut alibi ex Niceta hausisse vides. Nicephorus Gregoras 1, 2 (Ed. Bonn. p. 13): Τῆς . . Κωνσταντινουπόλεως ὑπὸ τῶν Λατίνων ἐλοῦσης, συνέβη τὴν τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν . . κατὰ τεμάχια καὶ μέρος πλείστα διαιρεθῆναι, καὶ ἄλλον ἄλλοθι κατὰ μόρια, καὶ ὡς ἕκαστοι τύχοιεν, ταύτην διαλαχόντας κληρώσασθαι . . Ἦρος μὲν οὖν ἐνειστήκει καιρὸς, ὅτε Λατίνοι τὴν βασιλεύουσαν ἐξεπόρθησαν. Τριχῆ δ' αὐτὴν διελόμενοι διενείμαντο κατὰ σφῶς ὁ τε κόμης Φλάνδρας Βαλδουῖνος καὶ ὁ κόμης Πλέας Δολοῖκος. Μόνος δὲ Μοντησφεράντας μαρκέσιος ᾗ δὲ ἀποδέδεικται Θεσσαλονίκης καὶ τῶν ἐπέκεια· βασιλεὺς δ' ἐξ αὐτῶν ἀνηγορεύετο Βυζαντίδος ὁ Βαλδουῖνος. Georgius Phrantza 1, 34 (p. 106 sq. ed. Bonn.): Ἐπειτα μὲν τῶν Ἴταλῶν εἰς πολυμερῆν τὴν μοναρχίαν Ῥωμαίων κληρωσαμένων, καὶ τοῦ μὲν κόμητος Βαλδουῖνου βασιλέως ἀναγορευθέντος Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ δὲ Ἐνρίκου Λαντούλου δουκὸς Βενετίας, ὃς καὶ αὐτὸς αὐτοτρόπως (ἰ. αὐτοπροσώπως) παρῆν, μερίδα οὐ μικρὰν ἔχειν ἐξ ὅλου πρὸς τὸ ὅλον, ὅσας χώρας τε καὶ τόπους τὸ τῶν Ἴταλῶν ἐκτήσατο γένος, τούτων ἔχειν τὸ τέταρτον

καὶ τοῦ τετάρτου ἡμισυ, καὶ δεσπότης παρὰ τοῦ βασιλέως τετίμηται· ὁ δὲ Δάβαλος πρόγκιψ Πελοποννήσου ἐγένετο, ὁ δὲ Ῥωμανὸς Δελατζίολης, ὁ ἐκ Φλωρεντίας ὁμοῦμος, χρήματα δανείσας τῶ συνδέσμῳ πολλὰ καὶ ἀναλώσας καὶ αὐτοτρόπως (l. αὐτοπροσώπως) παρῶν ἦν, τὴν τῆς Ἀθήνας καὶ Θήβας μερίδα ἐπέτυχεν ἐνέχυρον. Καὶ οἱ Λιγούριοι ἤτοι Γενουβίται ὁμοίως τὴν τῆς Εὐβοίου νῆσον καὶ ἐτέρων τόπων μοῖραν ἐνέτυχον· ὕστερον δὲ καὶ αὐτοὶ τοῖς Ἑνετοῖς τὴν Εὐβοίαν ἔδωσαν. Ἐπειδὴ καὶ ὁ Βονιγάτιος μαρκίων τοῦ Μοντεφερρόατο ἀξιολόγῳ μοῖρα τὴν συμμαχίαν ἦν ἐνεγκάμενος, καὶ κυβερνήτης παντὸς τοῦ χερσαίου στρατοῦ ἐγνωρίζετο, ῥῆξ Θεσσαλονίκης παρὰ τοῦ βασιλέως Βαλδουίνου τετίμηται, καὶ ἡ νῆσος αὕτη τῆς Κρήτης μετὰ τῶν ἄλλων ἐν τῇ ἰδίᾳ μοῖρα ἐνέτυχε. Μετὰ δὲ τινα καιρὸν ἐπεπωλήκει αὐτὴν τῇ τῶν Ἑνετῶν γερουσίᾳ, καὶ οὕτως ἄχρι τῆς σήμερον ὑπὸ τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐστὶ. **Laonicus Chalcocondylas rerum Turcicarum libro IV (Ed. Bonn. p. 207):** Ὅποτε ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, ἐνάγοντος τοῦ Ῥωμαίων ἀρχιερέως, ἐστρατεύοντο οἱ ἀπὸ τῆς ἐσπέρας Κέλτοι τε ἄμα καὶ Οὐνετοί, τότε δὴ καὶ οἱ ἀπὸ Νεαπόλεως τοῦ βασιλέως καὶ ἀπὸ Τυρρηνῶν ὄρμητο ἄνδρες καὶ Ἰαννῶν μέγα δυνάμενοι ἐπὶ τὴν τῆς Πελοποννήσου τε ἄμα καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος καταστροφὴν. Καὶ τὴν μέντοι Πελοπόννησον κατεστρέψαντο ἄλλοι τε καὶ ἀπὸ τῆς Ἰαννῶν μοῖρας τοῦ οἴκου Ζαχαρίων (l. Ζαχαριῶν), τὴν τε Ἀχαΐαν καὶ Ἥλιδος τὰ πλείω καὶ δὴ καὶ Πύλον καὶ Μεσσηνίας χώραν οὐκ ὀλίγην, ἕς τε \*) ἐπὶ Λακωνικὴν ἔλασαι. Τὴν μέντοι μεσόγαλον τῆς

\*) Idem Laonicus libro IV. p. 178: Καὶ Ἰησοῦς ὁ νεώτερος τῶν Παγιαζήτεω παίδων ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἀφικόμενος ἔσπε τὴν Ἰησοῦ θρησκείαν μετέβαλλε, καὶ οὐ πολὺ ὕστερον ἐτελεύτησε. Ubi lege ἕς τε.



Πελοποννήσου κατεῖχον αὐτοί τε Πελοποννήσιοι Ἕλληνες. Ξύμπασαν δὲ (1. Ἕλληνες· ξύμπασαν δὲ) τὴν παράλιον τῆς Πελοποννήσου οἱ ἀπὸ τῆς ἐσπέρας καταστρεψάμενοι εἶχον, Κελτοὶ τε δὴ καὶ Κελτίβηρες· καὶ τῶν Ἰανυῶν καὶ Τυρρῶν ἄλλοι τε καὶ δὴ καὶ Ῥαιέριος ἀπὸ Φλωρεντίας ἀφικόμενος ἐπὶ τῇ γε στρατιᾷ ταύτῃ τοῦ οἴκου τῶν Ἀζαῖδων τὴν τε Ἀττικὴν κατέσχε καὶ Βοιωτίαν . . καὶ Φωκαῖδος χώρας τὰ πλείω. Αἰγυρὲς μέντοι τὴν Εὐβοίαν πολλῶ ἔτι παλαιότερον κατέσχον, ἀφ' ὧν ἐπιτραπέντες οἱ Οὐνετοὶ ἐπὶ θητῶ τῆς νήσου ἐπέβησαν. Μετὰ δὲ ταῦτα κατὰ βραχὺ προϊόντες ξύμπασάν τε τὴν Εὐβοίαν κατέσχον, εἰς διαφορὰν σφίσι τῶν Αἰγύρων ἀφικνουμένων· καὶ τὴν τε χώραν καὶ προσόδους αὐτῶν, ὅσοι τοῖς Οὐνετοῖς ἐπιτήδειοι ἐτύγγανον ὄντες, εἰσέτι καὶ νῦν διατελοῦσιν ἔχοντες καὶ κατὰ ταῦτα ἐμμένοντες, ἐφ' οἷς σπενδόμενοι αὐτοῖς ξυνέβησαν κατὰ τὴν νῆσον οἱ Οὐνετοί. Ὁ μέντοι Ῥαιέριος καὶ οἱ Κελτίβηρες καὶ Κελτῶν ὅσοι ἐπὶ τὴν τῆς Ἑλλάδος καταστροφὴν ἐγένοντο, πολλῶ ὕστερον φαίνονται ἀφικόμενοι ἐπὶ τὸν χώρον τοῦτον. Ῥαιέριος δὲ καὶ πολλῶ ἔτι (?) νήλως ὧν, ἐπιγαμίαν τε πρὸς τοὺς (adde τῶν) ἐν τῇ Εὐβοίᾳ Αἰγύρων ποιησάμενος καὶ Προθυμοῦ (1. προτίμου) τινὸς θυγατέρα ἔγημε, καὶ τὴν τε χώραν κατασχὼν Κόρινθόν τε ἐχειρώσατο, καὶ τὴν Πελοπόννησον ἐπενόει ὅτι τάχιστα ὑφ' ἑαυτῶ ποιήσασθαι. Et haec quidem scriptores Graeci seculorum XIII, XIV, XV.

Veniamus ad scriptores occidentales, aevo isti superiores. Hi vero parci sunt in re, quam tractamus, exponenda. Quid? quod non leviter etiam inter se ipsi discordant. Ergo princeps illorum scriptorum, Godofredus Ville-Harduinus in historia sua captae Cpolis p. 125 ed. Paris.: „Lors (post reditum Balduini imperatoris e Thes-

salonica, fine Sept. a. 1204) commença l'en les terres departir; li Venisien orent la lor part et l'ost les Pelerins l'autre." Guntherus in historia Cpolitana (Canisii lectiones antiquu. ed. Basnag. T. 4. p. XVII): „Deinde (post Balduini coronationem) minores possessiones, veluti castella, villae et municipia, et quae sunt huiusmodi alia, in illas personas, quae ad hoc magis idoneae putabantur, distributae sunt." Andreas Dandulus, qui fine ejusdem seculi XIII et paulo post vixit, in Chronico suo p. 324 — 329 (Muratori Scriptt. rer. Ital. Vol. 12): „... et conveniunt, ut electus (Imperator) palatia Blachernae (l. *Blachernarum*) et Buchaleonis (l. *Bucoleonis*), et quartam partem imperii pro honore suo et honore sedis accipiat, et reliquae tres partes aequaliter dividantur, et hi feuda distribuunt, et servitia, ut viderint expedire." Idem ibidem pag. 330: „Creato imperatore thesaurus in urbe inventus dividitur, et per portiones statutas quarta pars imperii ei consignatur, et ceterae inter illum et Venetos partitae sunt, et pluribus nobilibus, qui onerum participes fuerant, feuda cum servitio conceduntur, et acquirendi concessa facultas tribuitur." Idem ibidem: „Venetiarum dux, ut tanti triumpho memoria recolatur, et posteris prodeat ad exemplum, procerum assistentium consilio ducali titulo addidit: *quartae partis et dimidiae totius imperii Romaniae dominus*." Auctor libri de la Conqueste, prolog. p. 21 (Ed. Buchon. Paris. 1845): „Et quant li contes de Flandres fu coronés de l'empire de Romanie et le

marquis de Salonique, si ordinerent certaines gens pour departir l'empire par raison et par ordre; de quous vint à la part de Venise *la quarte part et la moitié de la quart* de tout l'empire de Romanie.“

Jam ipsum sequatur Pactum Latinorum de partiendo imperio Graeco, quod e codicibus mss. Ambrosianis primus integrum vulgavit Muratorius in Scriptoribus rerum Italicarum vol. 12. p. 326 sqq.; isque libellus (s. Pactum) in fine habet Indicem urbium inter Latinos divisarum, eadem, qua ipsum Pactum, inscriptionum auctoritate munitum. Hunc duplicem libellum (Pactum et Indicem) sequetur Confirmatio partitionis per dominum Henricum, Balduini imperatoris Cpolitani fratrem, regni tum temporis vicarium, et Marinum Zenum, a Wilkeno vulgata in historia bellorum cruce signatorum, volumine quinto, appendicum pag. 8. Finem horum libellorum facient duo capita e Rhannusio Veneto de bello Cpolitano cett. repetita, ed. II Venet. 1634. Ea quoque magni momenti esse videntur, et primo quidem, quod historiam illius belli ex archivi Veneti copiis locupletant; deinde quod ex iis apparet, quam diligenter Rhannusius, seculi XVI scriptor, in veram partitionis Latinae rationem et sensum inquisiverit. Idemque Rhannusius codice meliore usus esse videtur, unde permulta textus a Muratorio editi emendare potui, Wilkeno, sic spero, diligentior; qui, cum lectiones suas variantes e libris tribus mss. Vindobonensibus et altero

Muratoriano exciperet (l. c. append. p. 3 — 6), Rhamnusium bis, non saepius, citavit, in reliquis eum fere neglexit, nisi quod emendationum suarum unam et alteram e Rhammusio tacitus hausit; cujus rei manifesta documenta nostra libelli editio critica praebebit.

---

A.

Pactum inter Bonifacium Marchionem Montisferrati, Balduinum Comitem Flandrensem, Ludovicum Comitem Blesensem, et Enricum Comitem S. Pauli in captione urbis Constantinopolitanae, vice secunda, post primam captionem, cum D. Enrico Dandulo duce videlicet. \*)

„Nos quidem Enricus Dandulus, dei gratia Venetiae, Dalmatiae atque Croatiae dux, pro parte vestra \*\*) vobiscum, illustrissimi et clari principes, Bonifaci Montisferrati marchio, et Balduine, comes Flandriae et Hanon., Ludovice, comes Blesensis et Claromontis, et Enrice, comes Sancti Pauli, et \*\*\*) cum parte vestra, ad hoc, ut unitas et firma inter nos possit esse concordia, et ad omnem materiam scandali evitandam, ipso cooperante, qui est pax †) nostra, et fecit utraque unum, ad cuius laudem et gloriam talem duximus ordinem observandum, utrâque parte juramento adstricta.“

„In primis omnium armata manu, Christi nomine invocato, civitatem expugnare debemus, et si divina auxiliante potentia civitatem

---

\*) *Muratori*, Scriptt. rerum Italicarum vol. XII. p. 326 sq.

\*\*) *Lege nostra*, coll. sequ. libelli initio.

\*\*\*) *Dele hoc et.*

†) *An lux?*

intraverimus, sub eorum regimine debemus manere et ire, qui fuerunt super exercitu praelecti, et eos sequi, secundum quod fuerit ordinatum; de quo tamen havere \*) nobis et hominibus nostris Venetis tres partes debent solvi pro illo ut \*\*) havere, quod Alexius quondam imperator nobis et vobis solvere tenebatur. Quartam vero partem vobis retinere debetis, donec fuerimus ipsa solutione coaequales; si autem aliquid residuum fuerit, per medietatem inter nos et vos dividere, usque dum fuerimus appatati. Si vero minus fuerit, ita quod non possit sufficere ad memoratum debitum persolvendum, undecunque fuerit prius dictum habere acquisitum, ex eo debemus dictum ordinem observari et dividi \*\*\*) tam nostris, quam vestris aequaliter, ita quod utraque pars possit congrue sustentari. Quod autem residuum fuerit, debet dividi cum alio havere juxta ordinem praenominatum.“

„Nos etiam et homines nostri Veneti libere et absolute absque omni controversia per totum imperium habere debemus omnes honorificentias et possessiones, quas quidem habere consueveramus, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, et omnes rationes sive consuetudines, quae sunt cum scripto, et sine scripto.“

„Debent etiam eligi sex homines pro parte nostra, et sex pro vestra, qui juramento adstricti eam personam eligere debent de exercitu, quam credent melius scire tenere, et melius posse tenere, et melius scire ordinare terram et imperium ad honorem dei et sanctae Romanae ecclesiae et imperii. Et si in unum fuerint concordantes, illum debemus imperatorem habere, quem ipsi concorditer elegerint.

---

\*) *Havere* (habere) *debitum*, theotisce *Gulhaben* esse videtur, coll. sequu. Initio sententiae quaedam excidisse videntur, coll. *quo*.

\*\*) Delendum videtur *ut*.

\*\*\*) Lege *observare et dividere*.

Si vero sex in unam partem, et sex in aliam concordaverint, sors mitti debet; et super quem sors ceciderit, debemus pro imperatore habere. Et si plures consenserint in unam partem, quam in aliam, illum imperatorem habebimus, in quem major pars consenserit; si vero plures partes fuerint quam duae, super quem major pars concordaverit, sit imperator.“

„Debet vero imperator habere universam partem quartam acquisiti imperii et palatium Blanchernae et Buccam leonis.\*) Reliquae vero tres per medietatem inter nos et vos dividantur.“

„Sciendum est etiam, quod clerici, qui de parte illa fuerint, de qua non fuerit imperator electus, potestatem habebunt ecclesiam S. Sophiae ordinandi et patriarcham eligendi ad honorem dei et sanctae Romanae ecclesiae et imperii. Clerici vero utriusque partis illas ecclesias ordinare debent, quae suae parti contigerint. De possessionibus vero ecclesiarum, tot et tantum clericis et ecclesiis debet provideri, quo honorifice possint vivere et sustentari. Reliquae vero possessiones ecclesiarum dividi et partiri debent secundum ordinem praesignatum.“

„Insuper etiam jurare debemus tam ex nostra parte, quam ex vestra, quod ab ultimo die instantis mensis Martii morari debemus usque ad annum impletum, ad imperium et imperatorem manutenendum, ad honorem dei et sanctae Romanae ecclesiae et imperii. Deinde vero in antea omnes, \*\*) qui in imperio remanserint, ipsi imperatori astringi debent juramento secundum bonam et rationabilem consuetudinem. Et illi, qui tunc in imperio remanserint, ut praedictum est,

\*) Lege *Blachernae (Blachernarum) et Bucoleonem*.

\*\*) An *antea omnes*, deleto *in*? Nil tamen mutandum, coll. *in ante diem et inante*, de quibus vide Lexx. Latt.

jurare debent, quod firmas et stabiles partes et pactiones, quae factae fuerint, habebunt.“

„Est autem etiam sciendum, quod a vestra et nostra parte duodecim homines vel plures pro parte eligi debent, qui juramento adstricti pœuda et honorificentias inter homines distribuere debent et servitia assignare, quae ipsi homines imperatori et imperio facere debent, secundum quod illis bonum videbitur et conveniens apparebit; pœudum vero, quod unicuique assignatum fuerit, libere et absolute possidere debeant\*) de herede in heredem tam in masculum, quam in feminam, et plenam habeat potestatem ad faciendum, quidquid suae voluntatis fuerit, salvo tamen jure et servitio imperatoris et imperii; imperatori vero reliqua servitia facere debeat, quae fuerint facienda, praeter ea, quae ipsi facient, qui pœuda et honorificentias possidebunt, secundum ordinem sibi injunctum.“

„Statutum est etiam, quod nemo hominum alicujus gentis, quae communem guerram nobiscum, aut cum successoribus nostris, vel Venetis habuerit, recipiatur in imperio, donec guerra illa fuerit pacifica \*\*); teneatur etiam utraque pars ad dandam operam bona fide, ut hoc a domino Papa possit impetrari. Quodsi aliquis contra hanc constitutionem ire tentaverit, sit excommunicationis vinculo innodatus.“

„Insuper et imperator jurare debet, quod firmas et stabiles pactiones et dationes, quae factae fuerint, irrevocabiliter habebit secundum omnem ordinem superius distinctum. Si vero aliquid superscriptis omnibus fuerit addendum vel minuendum, in potestate et discretionem nostra et nostrorum sex consiliariorum et d. Marchionis et ejus sex consiliariorum consistat.“

---

\*) An *debeat*?

\*\*\*) *Lege pacificata.*



„Sciendum est etiam, quod vos, praefate domine Dux, non debetis imperatori, qui fuerit electus in imperio, ad aliqua servitia facienda iuramentum praestare propter aliquod datum vel pheudum sive honorificentiam, quae vobis debeat assignari, tam ille vel illi, quem, vel quos loco vestro statueritis super his, quae vobis fuerint assignata, debeant iuramento teneri ad omne servitium imperatori et imperio faciendum, juxta ordinem superius declaratum. Datum anno domini 1204 mense Martii, indictione septima.“\*)

## B.

Pactum inter d. Enricum Dandulum ducem, et Bonifacium marchionem Montisferrati, et Balduinum comitem Flandriae, et Ludovicum comitem Blesensem, pro captione urbis Constantinopolitanae. \*\*)

„In nomine dei aeterni Bonifacius marchio, et Balduinus Flandrensis et . . . ., \*\*\*) Ludovicus Blesensis et Claramontensis, Enricus S. Pauli, comites, pro parte nostra vobiscum, vir inelyte, domine Enrice Dandule, Venetorum dux, cum parte vestra, ad hoc, ut unitas“ etc. †)

„Pars terrarum Domini Ducis et Communis ††) Venetorum.“

\*) Ultima (*sciendum . . . declaratum*), multimode corrupta, absque codicum mss. ope sanari non poterant.

\*\*) Muratori, l. c.

\*\*\*) Adde *Hannoniensis*, coll. initio superioris libelli.

†) Addit Muratorius: „ut in altero documento retroscripto ad verbum, mutatis tantum personis in verbis et nominibus.“

††) *Gentis* al. Mur.

*„De prima parte Imperii Romaniae, quae devenit communi Venetiarum.“*

„Civitas Archadiopolis, Missini, Bulgarofigo, Pertinentia Archadiopoli, Pertinentia Pictis, et Nicodemi, Civitas Heracleae, Pertinentia Caludro cum Civitate Rodesto, et Panedo cum omnibus, quae sub ipsis, Civitas Adrianopolis, cum omnibus, quae sub ipsa, Casalia Corici, vel Coltrichi, Pertinentia Brachiali, Sageedei, vel Saguelai. Pertinentia de Muntimanis, et Sigopotomo, cum omnibus, quae sub ipsis, Pertinentia Gani, Certasca Miriofitum, Casalia de Raulatis, et Examilli, Pertinentia Galli Poli, Cortocopi Casalia, Pertinentia Peristatus, Emborium, vel Estborium, Lazua et Lactu.“

*„Haec est secunda Pars terrarum D. Ducis, et communis Venetiarum de secunda parte Imperii Romaniae.“*

„Provincia Lacedaemoniae, Micra et Megali Episcephis, Parva, et magna Calobries, vel Calobrita, Ostrones, vel Ostrovos, Provincia Colonis, Oreos, Caristos, Antrus, Conciliani, vel Conchi Latica, Cavisia, vel Nisia, Egina et Calirus, vel Culuris, pertinentia Lapadi, Zacynthos, Oprium vel Orili, Caephalonia, Patre, Methone, cum omnibus suis, scilicet pertinentiis de Brana, Pertinentia de Catta Gomo, cum Villis Chirae Hermis filiae Imperatoris, vel Kir Alexii, cum Villis de Molineti, et de ceteris Monasteriorum sub quibusdam Villis, quae sunt Imperatoris, scilicet de Micra, et Megali episcepsi, scilicet parva, et magna Provincia Ricopalla, vel Nicopolla, cum pertinentiis de Artha, et Bohello de Anatholico, de Lesconis, et de ceteris ..... et Monasteriorum cum Cartolaratis, Provincia Dirachii, et Arbani, cum Clominissa, vel Clavinissa de Vaguetia, Provincia de Granina. Provincia Drinopoli, Provincia Acridis, Leucas, et Coripho.“

*„Pars terrarum Imperatoris ... de prima parte Imperii Romaniae.“*

„A porta aurea, et Blachernali, et Occidentali Steno usque ad Michram, et Agatzopolim, Similiter et ab ipsa Civitate Vezëi usque ad Zurlo et Theodoropoliu.“

„*Pars terrarum Imperatoris de secunda parte Imperii.*“

„Provincia Optimati, Provincia Tarsiae, Provincia Nicomediae, Pulsiadae, et Metanobis cum successibus, et cum omnibus, quae sub ipsis. Provincia Paphlagoniae, et Micellarii, vel Nucellarii, Denesmpoe, vel Provincia de Nealinopu, et Babriti, vel Pamriti, Mitilene, vel Mitilini, et Limene cum Straer, vel Limni cum Schiro aquae sunt infra Abydum, Insulae scilicet Praeconiso, etc. Ico, Istrobidatmos, et Tybos cum Samandrachio, Provincia de Pilon, de Piton, de Geramon, Provincia Malagini, Provincia Achirari, vel . . . Provincia Atramini. De Chilaris et De Pergamis, Provincia Neocastri, Provincia Milassi, et Melachmundi, Provincia Laodiceae, et Meandri cum pertinentia Sampson, et Smacllicum, Cogtoste Phanasis, cum Canuzatis, et ceteris, absque \*) Chio.“

„*Pars terrarum Peregrinorum, de prima parte Imperii Romaniae.*“

„Provincia Macri, et Megalibrisci, Pertinentia Geenua, Civitas Panfili cum omnibus, quae sub ipsa, Pertinentia Tulbi, Civitas Apri cum omnibus, quae sub pertinentia, Didimochium cum omnibus, quae sub ipsa, Pertinentia de Cypsalis, Pertinentia de Garelli, Pertinentia de Tetucito, Pertinentia de Hera, Pertinentia de Macri de Garelli et Trajanopoli cum Casali de Brachon, vel Brato, Pertinentia Scyphis, et Pagandi cum omnibus, quae sub ipsa, Pertinentia Madit: cum omnibus, quae sub ipsa, Jebaloticha cum omnibus, quae sub ipsa, idest Anafartur, Tynsatos, Yplagia, Potamia, et Acros, cum

\*) *Atque* al. Mur.

omnibus, quae sub ipsa, Pertinentia de Phitoro, pertinentia de Galavato, Miliuro, pertinentia de Gallocastelli, pertinentia Sitoleuchi, Carepanichiù, de Eno cum apothicis, Catepanicum de Russa, cum omnibus, quae sub ipso, et pertinentia de Agrionibario.“

„*Pars terrarum Peregrinorum de secunda parte Imperii Romaniae.*“

„Provincia Vardarii, Provincia Veriae cum cartulatis, tamen..... Clavizza est Panica, Pertinentia Giro Comio, Pertinentia Platomaleas, scilicet Platomonis, Provincia Molistis, et Meglenon, Provincia Pri-lapi, et Pelagoniae cum stagno, Provincia Preseppet, et Dodecanisos, Orium Larillae, Provincia Oladriae cum personalibus, et Monasterialibus in eis existentibus, Provincia Siervion, Provincia Castoreae, Provincia de Aucleos, Pertinentia Inperanicis, scilicet Fersalla, Doniochos, Revos, Tadria, Almericum de Metriadimo, pertinentia Neopatron, Provincia Velicati ..... Pertinentia Penion, videlicet de Potamo, Calaneo pagii et Raduisedim, et portum Athenarum, cum pertinentia Megaron.“\*)

---

\*) Muratorius ibid. T. 12. p. 331 332, ad caput Danduli XXXXII haec annotat: *In margine codicis Ambrosiani haec adduntur:* „Civitas Arcadiopolis Misino Bulgarofico, pertinentia Arcadiopoli, pertinentia Putis, et Nicodimi, Civitas Fradae pertinentia Kaleidos cum Civitate Radusto, et Panedo cum omnibus, quae sub ipsis, et Civitas Hadriano-polis cum omnibus, quae sub ipsa pertinentia Ganicasali, Cortocopi Casalia Cotrichi, Carasa, Mircofitum, pertinentia Peristat, pertinentia Brachiolli, Casalia de Raulatis, et Examilli, Embrorium Sagudai, pertinentia Gallipuli Lazu, et Lactu, pertinentia de Munte-manis, et Sigopotomo, cum omnibus, quae sub ipsis.“

„Item Provincia Lacedaemoniae, Mier, et Megalli Epishepsis, idest parva, et magna, pertinentia Calobrita, Ostronos, Oreos, Caristos, Antras, Aegina, et Cuturis, Zakintos et Caephalonia Provincia Coloniae, et Conchilarì, Canisia, pertinentia Lopadi, Orium Patr., et Methone cum omnibus suis pertinentiis de Brana, pertinentia de Cato-

## C.

## Confirmatio partitionis per dominum Henricum et per dominum Marinum. \*)

„Noscant omnes tam praesentes, quam futuri, quod nos Henricus, frater domini imperatoris Constantinopolitani et moderator imperii, et Marinus Genus, Venetorum potestas in Romania et totius quartae partis et dimidiaejusdem imperii dominator: quod omnem ordinationem, partitionem et examinationem factam per partitores, qui fuerunt constituti per dominum B., \*\*) memorati imperii imperatorem, et dominum H. \*\*\*) Dandulum, quondam ducem Venetorum, ac dominum Bonifacium, marchionem Montisferrati, ceterosque barones peregrinos ac omne commune totius exercitus, qui Constantinopolitauum imperium acquisierunt, irrevocabiliter confirmamus. Scilicet in tempore illo, cum dominus imperator per potestatem Venetorum et ejus consilium et per magnates Francigenarum in unum se concordaverint, quod dominus imperator ad expeditionem et acquisitionem et defen-

---

zino, et cum Villis Carcherinis filiae Imperatoris Kyti Alexii, cum Villis de Molineti, de Panto-cortora, et de ceteris Monasteriorum, sive quibusdam Villis, quae sunt in ipsis, scilicet de Mier, et Megalli Episcopi, idest parva, et magna pertinentia Ricopala cum pertinentiis de Arta, de Akello, de Anatolico, de Lesianis, et de ceteris Archondurum, et Monasteriorum, Provincia Durachii, et Arhani cum Cartolorato; cum Glaviniza, Devagnetia, Provincia de Granina, Provincia de Armopoli, Provincia Archudae, Leucas et Corypho.“

\*) Ex libro, qui dicitur, albo caesarei archivi Vindobonensis descripsit. Wilkenus (Kreuzzüge, T. 5, append. p. 8 sqq.).

\*\*) Balduinum.

\*\*\*) Henricum.

sionem imperii procedere debet, tunc omnes milites imperii, tam Francigenae, quam Veneti, moniti per supra notatum consilium, sequi debent dominum imperatorem in expeditione illa, a Kalenda Junii usque ad festum S. Michaelis primo venturum; tali vero ordine, quod milites illi, qui propinquiore erunt inimicis, ne forte detrimentum incurrant, non nisi medietas illorum teneatur sequi dominum imperatorem; et si graviter ab inimicis fuerint infestati, nemo eorum teneatur accedere ad expeditionem. Et si aliqua principalis persona cum exercitu campestri intraverit imperium, ad destructionem ejusdem imperii faciendam, tunc omnes milites tanto plus moram praedicti termini cum domino imperatore facere debent, quanto eis per supradictum consilium fuerit injunctum. Statutum si quidem fuit, quod omnes milites, qui possessionem et feudum habent in imperio, tam de Francigenis, quam de Venetis, hoc totum, quod supra scriptum est, ad observandum firmare debent juramento.“

„Dominus vero imperator omnes alias necessarias res et expensas ad defendendum et manutenuendum imperium statim omni tempore facere debet. Insuper etiam, quidquid eidem domino imperatori per supra dictum consilium fuerit consultum ad defendendum et manutenuendum imperium, facere debet, quia ad hoc perficiendum concessa est ei pars quarta totius imperii Romaniae.“

„Quod si totum, quod supra dictum est, tam per milites, quam per dominum imperatorem non fuerit observatum, non hac occasione debet dominus imperator aliquem militem exspoliare a possessione sua, nec milites dominum imperatorem; sed coram iudicibus, qui tempore illo tam per Francigenas, quam per Venetos erunt constituti, debet causa ventilari; et secundum quod ipsi iudices judicaverint, debet ab utraque parte observari. Dominus si quidem imperator nemini contra justitiam aliquo tempore facere debet; et si, quod absit, fecerit, ad admonitionem memorati consilii coram supradictis

judicibus in praesentia sua satisfacere debet. Debent namque omnes Veneti veniendo, stando, eundo et redeundo per totum imperium Romaniae et eorum res esse absque omni contrarietate et absque ulla datione. Omnes etiam possessiones et honorificentiae, quas homines Venetiae habuerint et habuerunt in tempore Graecorum per totum imperium Romaniae tam cum scripto, quam sine scripto, et habent ad praesens et habere contigerint tam in spiritualibus, quam temporalibus, firme eis et illibate permaneant.“

„Nullus homo habens guerram cum communi Venetiae debet esse receptus, nec morari in imperio, donec ipsa guerra fuerit pacificata.“

„Confirmamus insuper totum scriptum pacti, quod factum fuit et juratum per memoratum dominum imperatorem, tunc comitem Flandrensem, et dominum ducem Venetorum et dominum marchionem Montisferrati, ceterosque barones cum omni communi exercitus memorati.“

„Dominus imperator haec omnia juramento affirmare debet.“

„Testes sunt omnium supra scriptorum: Gaufridus, marescalcus imperii; Marinus Geno, qui fuerunt de supra scriptis partitoribus et examinitoribus, qui haec omnia suprascripta cum aliis partitoribus ordinaverunt.“

„Actum est hoc Constantinopoli in palatio Blachernarum, coram his testibus: Johanne Faletro, Johanne Mauroceno, Marco Dandolo, Johanne Barastro, Marino Balaresse et Andrea Danvilino, Venetis; Conone de Betunia, protovestiario, Petro de Brachiolo, Manassi de Insula, majore coco, Maçario de Sancta Manuil, \*) panetario, et Milone Bravano, buticulario, Francigenis.“

---

\*) I. e. *St. Menehoud Wilken*.

† Ego Nicholaus Tinto, plebanus Sancti Nicholai et notarius, vidi in autenticho, superscriptorum domini Henrici et domini Marini Geno litteris graecis rubeis subscripto, continentibus in eis mense Octobri nonae indictionis et ipsorum dominorum sigillis, et Gaufredi marescalci ejusdem imperii impresso, testis sum in filia.\*)

† Ego Constantinus, presbyter et notarius vidi in authenticum istorum domini Henrici et domini Marini Geno etc.

† Ego Bartholomeus Caput, diaconus et notarius, vidi in authenticum istorum etc.

† Ego Dominicus Superantius, diaconus et notarius, vidi in authenticum super scriptorum domini Henrici et domini Marini Geno litteris graecis rubeis etc.

---

D.

Paulus Rhamnusius de bello Cpolitano libro V  
p. 223 ed. II.

„Ut igitur Henricus, imperii balivus, Beroeae ad hiberna Constantinopolim mense Octobri rediit, ab eo Zenus praetor postulavit, veteres pactiones a nobis ante memoratas, quas Dandulus princeps cum Balduino recens creato imperatore de quadrante et sesquencia rerum imperii fecerat, per arbitros divisionis imperii datos a Balduino, Flandriae et Hannoniae comite, qui paulo post imperator delectus est, et eodem ipso Daudulo Venetiarum principe a Bonifacio

---

\*) Wilkenus hunc vocis usum comparat cum Italico *fliera*, i. e. diligenti documentorum inspectione et examine.



Monferratense, a baronibus ac reliquis votivis militibus, idest peregrinis, qui communibus armis Constantinopolitanum imperium acquisiverant, et a Balduino imperatore jam declarato confirmatas, ut jurejurando renovet. Praeterea illa pacta, concilio publico prioribus addita, Henricus balivus imperii Zeno praetori Veneto pristinis quidem legibus adjudicavit, quas a nobis ex eodem tabulario Veneto, Laurentii Massae, viri doctissimi, ejusdem reipublicae a secretis, opera expromtas, non abs re visum est hoc quoque loco referre. Hae in hujusmodi fere verba conceptae: „Imperatori, regni aut ampliandi aut tuendi causa in expeditionem proficiscenti, milites imperii, idest vasalli, vulgo dicti, ex Kal. Junii ad III Kalend. Octobris (is dies Divo Michaeli festus est) suo sumptu et stipendio militante.\*) Milites imperii Franci Venetive privilegiarii, qui hostem imperii finitimum habebunt, dimidinum ejus temporis suo sumptu et stipendio navant. Illi iidem, si vicini hostis incursionibus et repentinis ac quotidianis injuriis vexentur ac infestentur, ejus temporis vacationem habent. Hoste cum exercitu imperii terras deperditum aut populatum ingresso, milites imperii sive clientes praeter legitimos dies et pactos, quantum temporis concilio publico videbitur, imperatori suo sumptu militant. His servitiis, oneribus et operis vasalli et clientes imperii Venetive privilegiarii Francive, dum possessiones et feuda in imperio habebunt, alligantur et tuentur.\*\*\*) Imperator ceteros sumtus pro imperii ampliatione aut defensione de imperii fructu ac censu facito. Idem concilio publico de imperii tuitione dicto audiens esto. De imperatore militibusque Francis ac Venetis, his legibus minus obtemperantibus, Venetorum et Francorum, judicium ejus rei ergo selectorum, animadversio esto. Imperator nihil contra leges ac jura agito. Si quid commissum, eorundem selectorum judicium esto. Quando vero

\*) *Lege militante.*

\*\*\*) *Tenentor.*

militiae onera gravia sunt, eo nomine feuda (quae nihil aliud sunt nisi beneficia bellica), ut singulis clientibus tributa, quorum fructibus se ipsi in armis sustineant, ita Augusto cum imperatoris appellatione totius Thraciae quadrans adjudicatus esto. Actorum Henrici balivi, Danduli ducis et ejus VI consiliariorum, baronum, Marchionis quoque Bonifacii et ejus consiliariorum, si quae pactiones informandae sunt, addendo adimendove cognitio esto. Haec Henrico imperii balivo et Marino Zeno praetore in Blachernii palatii aula agentibus testes, hinc quidem rogati, Joannes Faletrus, Joannes Maurocenus, Marcus Dandulus, Joannes Balastrus, Marinus Valaressus, Andreas Molinus, magistratus Veneti; a balivo autem Gotthofredus Villharduinus, Romaniae et Campaniae Mareschallus, Conon Bethunius, quem superius imperii prothovestiarium diximus, Petrus Brachiolus, Manasses Insulanus, major honorarius coquus, Macharius Sanmanechaus, panetarius, Milo Privinus, pocillator, equites, omnes honorarii imperatoris ministri.““

---

E.

Paulus Rhamnusius l. c. p. 159 sqq.

„Per idem tempus \*) in summa pace et tranquillitate omnes, ut par erat, ad partiarum rerum partitiones oculos animumque adjiciunt. Itaque Balduinus imperator et Dandulus exercitusque votivus (peregrinos vocabant) electis XXIV viris, prout antea communis consilii fuerat, de Venetis XII et totidem de Gallis, qui jurati beneficia sive feuda imperii, munera et honores inter Venetos et Gallos distribuerent, simul et servitia sive operas imponerent et indicerent, quas imperatori et imperio edere deberent, aequis partibus dividunt. Sed

---

\*) A. 1204.

quoniam Villharduinus ut summam, ita minime enucleate suis commentariis dixit, assis, idest totarum rerum imperii quadrantem imperatori lege divisionis, Venetorum et Gallorum voluntate inter ipsos pactae conventae, adjudicari, reliquum autem quadrantem ipsis Gallis et Venetis distribui (nec enim recensuit, quae res soli vel quadrantis imperii nomine continerentur, vel in Danduli et Venetorum Francorumque quatuor uncias et dimidiatam venirent), nos, non quae audita, sed quae de iisdem rebus memoria Venetae reipublicae tabulario CCCLX abhinc annis consignata est,\*) prout ab Joanne Francisco Otthobono, magno Venetae reipublicae cancellario, accepimus, qui XVirum \*\*) permissu nobis exscribendi potestatem fecit, eam literis prodemus, ac verba, quantum in nobis erit, verbis reddemus, quo facilius ad eruditorum legentium voluptatem, quae illo saeculo fuerint cujusque jura, noscantur.“

„Ceterum post labefactatum priscae non modo virtutis et dignitatis, sed potestatis etiam Romanae atque ipsius imperii statum, sede ejus multo ante tempore a Constantino Magno Byzantium translata, cum Graecia omnis et Thracia, Valente primum, mox Valentiniano imperantibus, hinc Gothorum et Vandalorum incursionibus, inde Asia Scytharum et Sarracenorum superventu bellisque continenter gestis adeo vastaretur, ut amplissimae alioquin urbes, Graecorum olim et Romanorum temporibus celebres, paucorum annorum spatio funditus eversae fuerint, eo redactae Europae res fuere, repetitis diversorum populorum impressionibus atque invalescentibus barbaris, ut, antiquis urbibus dirutis recentibusque subinde conditis, gentium fines et no-

---

\*) Rhamnusii prior editio prodiit Venet. anno Chr. 1604. 4. inscripta sic: Della guerra di Constantinopoli per la restituzione degl' Imperatori Comneni.

\*\*) I. e. *decemvirum*.

mina confunderentur, eo eventu, ut nec prisca nomina retinere, nec veteres fines per LXXX (?) annos in hanc usque diem servare illaesos potuerint. Inevitabili enim naturae lege adeo fluxa et caduca sunt mortalium omnia, ut rerum ac populorum casum aut mutationem vel nominum interitus consequatur; quo datur intelligi, interminas esse rerum humanarum vicissitudines, et quemadmodum homines, sic quoque, quae ab ipsis ad congregandos tuendosque coetus primum inventa et constituta, non modo domos, villas, vicos, sed ipsas etiam cum maiori opere tum ad usus etiam potiores conditas constructasque urbes multis modis ad casum interitumque pronas et expositas esse solere; quem ne amplissima quidem regna et imperia, quae suis quoque fatis et periodis obnoxia nihil stabile et diuturnum habent, effugere atque evitare possunt; ut verissimum sit, quod sermone vulgi circumfertur, nullum unquam seculum adventare, quin suam quandam morum et rerum faciem a prioribus diversam secum invehat; ut non alia in parte naturae fidelius nos mortalitatis et incertitudinis rerum omnium divina summi numinis providentia admonuerit, si forte coelestia cogitare et ad aliam vitae conditionem retinendam accingere nos pergeremus. Nam ne terra quidem adeo in tuto locata est, quin aut horrendis motibus agitata, aut alia quadam naturae vi et ratione incitata, regionum locorumque non modo situm, sed formam etiam conditionemque immutet, cum aut inundantis oceani fluctibus hausta alieno elemento cedit, aut in ipso maris profundo exaggerata patentes eminentesque campos magno ambitu et circuitu extra fluctus undasque sternit atque educit, aut jacente planoque solo in montes assurgit, aut contrario motu ingenti barathro absorpta in ima deliscit.“

„Ea propter in urbium atque provinciarum Constantinopolitani imperii, per Venetos et Gallos parti, divisione recensenda hoc loco amicam lectorem admonitum volumus, ut, si qua interim barbara nomina civitatum vel oppidorum aut insularum in Graecia, Thracia aut

Asia, priscis autoribus minus nota, referemus, ea sciat nos ob veterum gentium migrationem barbarorum adventu, quod prisca nomina penitus interierunt, et eorum nomenclaturam neque apud Graecos, neque apud Latinos scriptores invenerimus, nudis, id est barbaris recentioribus nominibus, ne qui notitiae locorum, quibus scatet historia, rudes et ignari existant, prout in reipublicae tabulario leguntur, notasse: ita verba verbis reddentes, ut, dum fidem publici tabularii sequimur, nihil voces torsisse videamur. In ceteris autem, in quibus prisca historia atque antiquitate duce veterum nominum vestigia persequendi facultas fuit, ut ea, quamvis multo iam tempore vulgi usu et sermone desueta, tamen commemorandis locis tribueremus, omni studio conati sumus. Nam cum dubium non sit, quin bonam partem earum, quas memorabimus, urbium et locorum, quae post Constantinum in Graecia atque Asia Orientis imperatoribus cesserunt, iam inde ab Atheniensium et Lacedaemoniorum temporibus aut magui Alexandri monarchia, quibus res Graecorum florebant, ad usque Villharduini seculum et Constantinopolim a Venetis et Gallis captam per mille et quingentos amplius annos aut bellorum internecciones aboleverint et absumserint, vel sponte nata aut suggesta incendia aut motus terrae (qui Asiaticas et Thraciae Graeciaeque civitates cen quodam iure percellere et disjicere assolent) quassarint, aut vicinis in agris exortae calamitates desertas fecerint, seu, si nulla injuria reliqua nocuit, nomina tamen mutari contigerit, quod vel in ipso Byzantio videmus; multas autem ipsa vetustas, quae nihil non consumit, luxaverit; contra vero multas enatas Constantinopolitanis Augustis imperantibus, aut a Triballis et Mysis conditas, quarum Villharduini seculo magna celebritas esset, nunc autem penitus dirutarum nomine tantum superstite nec notitia ad nos illarum pervenerit, nedum ut veteres historici meminisse earum potuerint, nihil me ad veterum rerum memoriam retinendam utilius, nihil ad historiae Latinae praesertim gravitatem praestandam accommodatius aut ad officium meum potius

facere posse et debere me iudicavi, quam si illa sive corrupta, sive amissa priscae aetatis nomina, locis rebusque ipsis, tamquam cum his haereant et consistent, omnibus a me vestigiis indagata, reddere et applicare instituissem. Ut enim historia res plerumque remotissimis seculis gestas ceu recentes offert animo, nec unquam tam nuda est, quin locorum et regionum regumque et populorum subinde aliquam mentionem inculcet, sic ratio ipsa flagitat, ut in urbium imperii inter Venetos et Francos partitione pernoscenda vetustissima quaeque, etiamsi abolita extinctaque sint, loca, tamquam nuper extent, ob oculos ponamus, atque, non ubi sint, sed quo loco tractuve fuerint pleraque, magna cura perquiramus.“

„Quam operam, si ullus alius, certe Villharduini Gallicos liber maxime exigit. Neque enim potest quadrantis imperatorii et dextrantis Veneti et Galli mentio recte sine accurata nominum et locorum observatione intelligi. Certe in hoc aliquantulum elaboravi, ut civitatum, montium, fluminum et viculorum vocabula eruerem, quae vel eadem eo Villharduini seculo corrupta et barbara, vel priscis ante Graecis mansissent, vel immutata sint postea Turcarum imperio, vel aliqua parte corrupta. Neque praeterea pertaesum, novis prisca alienaque nostris alicubi miscere; maxime autem rerum Graecarum et Romanarum, virorum illustrium, ecclesiarum pastorumque veterum, quaeque ad religionem attinent, per intervalla meminisse, quod operae huic videretur responsurum pretium, si gustum offerrent studiosis, quo deinceps ad reliqua veteris Gallorum et Venetorum Constantinopolitanae expeditionis monumenta diligenter perquirenda alacri animo firmarentur, iudicarentque, quantum decoris et gloriae regibus Christianis accederet, si in communem hostem communi consensu arma sua, non solum gloriae, sed tuendae quoque pietati et publicae quieti destinata, sumenda esse existimarent, ut scilicet sacro bello pontificis maximi auspiciis post tot annos indicto sublatoque in hostes

Christianae crucis vexillo, unde nostrae aetatis virtutem posteritas intelligere queat, urbs iterum Constantinopolis atque orientis imperium Christianis gentibus debitum peteretur.“

„Sed video, me imprudentem etiam in enarrando indulgere calamo, ac Christianorum clades deplorantem iterum velut ex integro, minus quam deceat fortasse praefari. Proinde ad urbium imperii partitionem nobis revertendum.“

„In quadrantem igitur imperatoris \*) XXIVviri aestimatores quartam urbis Constantinopolis cum Thraciae agro adiudicarunt, eamque in regione assignarunt, ab ea, quae ab aurea urbis porta, Blachernaea et ab occidentali stagno \*\*) usque ad Agathopolim pertinet. Agrum itidem ab ipsa civitate Biziae \*\*\*) usque Tzurulum et Theodoropolim adjunxerunt; provincias praeterea Optimatum, Nicomedensem in Bithynia, Tharsensem †) ad Cilicas, divi Pauli patriam, Pelusiacam ††) in Aegypto, cum ora ad Canopicum os et ad Nili ostia. Ultra, quae occasum versus Memphis iacet, regia olim Aegypti principum; et qua stadiorum aliquot intervallo pyramides, illae stupendae altitudinis turres interque orbis miracula habitae, conspiciuntur, Aegyptiorum regum pecuniae stultam ostentationem referentes. Praeterea Paphlagouiam et Bucellarii et Mariandenorum minoris Asiae provincias, Galatiae proximas; atque item Bithyniam,

---

\*) Reliqui codices initium habent a portione, duci et communi Venetiae assignata.

\*\*) Lege *Steno*.

\*\*\*) Lege *Bizyae*.

†) Lege *Tarsensem*. Significatur Tarsia urbs Bithyniae, non Tarsus in Cilicia.

††) Invenerat in codice formam *Plusiados*, quae causa fuit aberrandi in Aegyptum, ubi *Pelusium*.

Phrygiam, Lycaoniam, Pontum et Cappadoces, hinc ad Taurum montanaque, inde ad ipsam usque Sinopem Eupatoris patriam, et secundum Euxini oram Trapezuntem et Colchidem, \*) In eandem porro partem Augusti insulas maris Aegaei cedere voluerunt, Lesbou, unam omnium insularum, quae sunt ad occiduam Asiae frontem, clarissimam; non fertilitate solum, sed urbium frequentia et clarorum quondam virorum fama pernobilem. Obiisse in ea urbes aliquot terrae motibus et maris haustu scriptores tradunt. Memorantur ex reliquis Mitylene, a cuius nomine tota insula hodie Metellinum \*\*) dicitur, urbs clara Pittaco, ex septem sapientibus uno; Alcaeo poeta, Diophane oratore et Theophane rerum scriptore, magni Pompeji admodum familiari. Methymna insuper et Eressus illa, quae Theophrastum genuit, Aristotelis discipulum et in ludo successorem, Lesbii vini ut suavioris commendatione apprime memorabilem. Lemnum \*\*\*) praeterea, Atho monti adversam, quem Xerxes, rex Persarum, continenti abscidit (Stalimenem vocant), †) rubrica Lemnia, antidoto adversus venena praestantis habita, nobilem, quae antiquis nonnisi signata venundabatur; unde sigillariae nomen hoc tempore adepta est. Scyrum, ††) Aegaei insulam, ex Cycladibus, juxta Magnesiam, cum urbe eiusdem nominis, Homeri tumulo insignem, et quae

---

\*) In reliquis codicibus nulla Trapezuntis mentio legitur, quam imperii partem cum reliqua Asia minore primo fuisse Bonifacio marchioni addictam deinde legimus. Et mirarer, si pactio Latinorum solam oram Asiae minoris occidentalem cum parte meridionalis memorasset, septentrionalem omisisset.

\*\*) Hoc nomine reliqui etiam codices Lesbou agnoscunt.

\*\*\*) Eandem insulam reliqui codd. agnoscunt, licet formâ corruptâ *Limni* cett.

†) I. e. *σ' τὰν Ἀἴμνον*, ut media graecitas dicit *σ' Θήβας*, unde natum *Stivas*. In seqq. lege *praestanti*.

††) Hanc quoque liber albus et alter Muratorii codex agnoscit.



infra \*) Constantinopolim atque Andrum sunt, insulas; Proconesum, scilicet Propontidis insulam, nunc Marmoream dictam, Cetracon, \*\*) Istrovillam, \*\*\*) Samum, Iunonis templo, Pythagorae ortu et fictilibus claram, inter Icariam insulam et eam Asiae oram, in qua Ephesus olim fuit. Thenum, †) Neptuni templo nobilem, et Samothracem, Aegaei portuosissimam insulam, Thraciae adjacentem, qua Hebrus in mare influit; Lemno quidem minorem, sed fama longe celebriorem, quam Samum primo dixere, postmodum Thraciam nominarunt ad eius, quae Asiae objacet, differentiam. Urbes adhaec et provincias Asiae, Pylon, Pythiam, Ceramum, Mallaginem, Attramytenam, ††) in Aeolide Chiliaram, †††) Pergamenam Troiadis nobilissimam, quae diu Attalicis regibus paruit, cum Caïco campo et regione valde opima. Regiones praeterea Neocastri, Mylasenam cum Mileto, \*†) Joniae urbe, atque Asiana Laodicea ad Lycum fluvium atque iis, quae ad ipsos Mysos, Lydos, Cares et Jonas, ad Maeandrum et Lycaones pertinent, cum Rhodo, Cariae et Lyciae adversa insula, veterum etiam studiorum et eloquentiae memoria nobili. Ad Hellespontum praeter haec Lampsacum, \*††) Asiae urbem in minori Mysia, qua

\*) Reliqui habent: *quae infra Abydum sunt*, omissa voce *Constantinopolin*. Meliore libro Rhamnusium video fuisse instructum, cum *Constantinopolin* . . legeret, licet errans in voce *Andrum*, quae inepta est. Legere debebat *Abydum*. Jam vero intelligitur quoque istud *Abydum* libri albi cett. Namque infra *Constantinopolin* est Proconesus, non infra *Abydum*.

\*\*) *Lege cetera, cum* . . Nimirum illi Itali saepius in nostris codicibus voce sua *con* utuntur pro Latino *cum*.

\*\*\*) *Lege Strobilo*. De his et de antecedentibus v. nos in explicatione.

†) *Lege Tenum (Τήνον)*.

††) *Lege Pylas, Pythia, Cerama, Malagina, Atramyttium*.

†††) *Lege Chliara (Χλιάρια, τὰ)*.

\*†) *Lege Neocastri, Mylasa cum Melanudio*, coll. explicatione.

\*††) Hoc Wilkenus elegit pro *Sampson* reliquorum. Ordo narrandi obstare videtur.

ex Hellesponto se Propontis aperit, magni Alexandri in Persas conscensione nobilem, quam olim Themistocli a rege Persarum dono datam ferunt. Troadis urbes oppidaque ad usque Idam montem et vetus illud Ilium, Troiani belli memoria celeberrimum. Samachium insuper cum strategiiis (contostephanatus et camyzatus \*) Graeci vocant) atque ipsa Chio, inter Samum et Lesbum pernobilis ac fructuosa Icarii insula, centum millium passuum ambitum complexa; in qua Pelleneus mons, marmore olim, quod Chium vocabant, celebris, sed et Chio vino inter laudatissima longe nobilior. Resinam Chii e lentisco manare scribunt; mastichem seu masticen vocant, adeo laudatam medicis, ut nec Indica, nec Arabica antecedit, neque, quae ex Graecia et Ponto advehitur, melior sit. Rursum Pharsalum, \*\*) Macedoniae oppidum, Thessalicae regionis, ad Enipei ripas, cum circumiecto agro et campis, qui civilium bellorum maximis cladibus nobilitantur. Didymoticum, Thraciae Oppidum, ad Hebrum. Athyram item, Almericum \*\*\*)) et in Macedonia ad Pelasgicum sinum (quem nunc Volum dicunt) maritimam Poliorcetae urbem, Demetriada. Neopatrum †) praeterea, cum provincia Velechatina, Petriopolitana, Dipotami et Calaci, et quae ad Oreum Athenarum ††) ad mare juxta Euripum Chalcidis et Histiaeam †††) urbem, antiquis olim Atheniensium colonia nobilem, pertinerent. Cessere iusuper Megarenses et Boeotii,

\*) Hinc corrige monstra legendi, quae in reliquis habemus.

\*\*)) Jam nullò ordine in Thessaliam Rhamnusius divertitur, licet solam memorans Pharsalum. Hinc in Thraciam avolat, ibi quoque unam Didymoticum citans, cum Athyra, si quidem posterior vox ipsi codici inerat. Postea iterum Thessaliam lustrat, eodem fere, quo reliqui, nomen propriorum numero et ordine utens.

\*\*\*)) Lege *Almyrum*. Vide nos in nott. critt.

†) Lege *Neopatrae*, vel *Neopatram*.

††) Lege *horium* (ὄριον, ager, fines) *Athenarum*.

†††) Rhamn. *Isthaeam*.

in quibus Thebae illae fuerunt, Epaminonda duce et vate Pindaro veteribus memoratae: hodie tantae urbis loco castellum tantum esse tradunt. Attica insuper, omnium Graeciae regionum olim celeberrima, cuius Athenae urbs non imperii solum late quondam dominantis, sed et artium omne genus et ingeniorum praestantissimorum alumna fuerat; quod praecipuo Imperatoris honori datum, eius partis esse voverunt, ab ipsis Thessaliae finibus et Thermopylarum angustiis, quae terra Graeciam claudunt, ad usque Sunium promontorium, quod Columneum caput dicitur, ad Myrtoum mare.“ \*)

„At Dandulo, Venetiarum principi, quatuor unciae et dimidiata rerum imperii Constantinopolitani concessae sunt. In has veniunt Arcadiopolis, Mosynopolis, Bergula, Thraciae urbes, cum agro et strategiis, Heraclea, quae Perinthus olim fuit, Herculis quondam opus, ab eodem Perinthii (l. Perinthi) comitis memoriae dedicata, Pertinentia Chalcedonis \*\*) ultra Bosporum, cum Selymbria et Rhacdesto, maritimis Thraciae ad Propontidem urbibus. Additum Paniam, interioris Thraciae urbs, cum omnibus, quae ad Lopadium \*\*\*) oppidum et ad ipsam Adrianopolim atque Adrianopolitanam dioecesim pertinent, cum Cuperio vico, Tzurulo urbi finitimo, Cerasio, Mircophyto et pertinentiis

\*) Aliter de his reliqui codices, qui Thessaliam cum Graecia usque ad Sunium promontorium peregrinis (reliquis Francis) assignant. An hae terrae primo imperatori promissae erant, antequam Asiam illi Bonifacius marchio cederet? Mirum tamen videtur in reliquis codicibus, quod ex toto illo tractu, qui inter Spercheum, Thessaliae fluvium, et Athenas patet, ne unam quidem urbem memorant, quae tradita sit peregrinis.

\*\*) Lege *Chalcidis*. Male codicem suum intelligens in Asiam transit Rhannusius. V. nos in explicatione.

\*\*\*) *Lopadium* in Thracia non invenio, sed in Bithynia. An *Daonium* legendum?

Peristaphi, Brachioli et Raulati ac Ciarnilli\*) villis ac Sagudae emporio atque his, quae ad Callipolim urbem in Hellesponti Chersoneso attinerent, ubi Sestos, Abydo obiacens, Herâs et Leandri amore per-nobilis.“

„In sescunciae ratione \*\*) censentur Peloponnesi interioris provincia Lacedaemon, quae olim Sparta fuit, nunc Misitra vocatur, omnium Peloponnesiacarum urbium Lycurgi legibus et institutis celeberrima, Menelai olim regia, centum olim urbium dominatu et annuo hecatombes sacro insignis, cum provinciae adjunctis, quae magna et parva pertinentia \*\*\*) tabelliones appellant. Addicta item Lialobrita, †) Ostrobis, Oreus et Carystus, Euboeae civitates. Aegaei vero insulae ad Saronicum sinum, quem Aegineum dicunt, Andros, Aegina ipsa, Piraeo atque Attico litori obversa, et Culuris, olim Salamis appellata, Telamonis, qui Ajacis et Teucris pater fuit, regia, cum urbe eiusdem nominis, Themistoclis victoriae clarissima teste. In Troezenio autem sinu Calauria, inter ignobiles, alias letho Demosthenis clara. Phytiusa insula, circum quam Graeci Xerxem navali proelio profligarunt; atque extra Saronicum sinum, quae circum Delon circuli forma in orbem jacent, Cycladarum pars. Zacynthus praeterea et Cephalenia, in Ionio sitae. Adhaec Locrensium ††) et Achaeorum urbes in Peloponneso, quae ad Corinthiacum sinum

\*) Haec sic lege: *Cerasia, Myriophyto, Peristasis, Branchialii... Hexamili.* V. nos in nott. critt. atque in explic.

\*\*) Cui haec sescuncia assignata fuerit, id Rhamnusius non aperit. Est portio magna Venetorum, scilicet Peloponnesus, Acarnania, Aetolia, Epirus. Vide reliquos codd.

\*\*\*) Alibi *pertinentia* feminine nostro sonat, hoc loco pluraliter, gen. neutr.

†) Lege *Calabrita*.

††) Dicere debebat *Locrensium* (Ozolarum) *urbes, et Achaeorum in Peloponneso.* Locrenses extra Peloponnesum quaerendi sunt.

vergunt, Patrae, Olenus, Cyllene, Eleorum navale (Clarentiam vocant), Elidis metropolim, quaeque ad Sicyonios pertinent. In Elide vero et Messenia, maritimis Peloponnesi regionibus ad meridiem, Methone urbs, cum Prothe insula adjacente, Prodanum et Sphagia, quam Sapientiam dicunt, Strophadibusque, Pylo, Nestoris olim patria (Iuncum hodie vel Navarinum dicunt), Messeniorum olim navale, reliquisque oppidis atque insulis iuxta Coryphasium, quae ad Ionium et Africum mare vergunt, quaeque hinc Alpheo et Paniso, inde Eurota Laconiae (Vasilipotamon dicunt) fluminibus, continentur. Praeterea, quae in Methonensi regione ad Branam et Cantacuzenum, Graecos dynastas, olim pertinerent, quaeque Augustae Kyraecherinae, Alexii Angeli fratricidae imperatoris filiae, dotales fuerant. \*) Adhaec Molycera ad Naupactum sinum in Locris, Calydon, Pleuron et Oeneas, quam Dragomestam appellant. Insuper Naupactum urbs, amoenissimi sinus recessu positum, Antirrhio proximum, Phocidisque urbes, et Vedrinizza, Aethiopiae provincia, cum his, quae ab Thermopylis ad Elidas \*\*) et Boeotios infra Parnassum, orbis umbilicum, atque Heliconem pertinent, cum ipsa Delphorum urbe atque Apollinis oraculo, toto olim terrarum orbe celeberrimo. Nicopolis praeterea in Epiro, Ambracii sinus fauces intrantibus ad laevam; Prevesam hodie oppidum dicunt, ab Augusto post Actiacam victoriam conditum, et ob devictum Antonium, quo duraret memoria, sic appellatum. Cum his, quae ad interiorem Epirum, ubi olim fabulosum Dodonaei Jovis templum, atque ad ipsam Ambraciam, Acarnaniae metropolim (Artam vocant), cum ipsius Buthroti vetere oppido; hinc ab occasu ad Acroceraunia, Chaonibus et Thesprotis circum accolentibus, qua altissimis jugis in Ionium exeunt, Epirum finientia; inde

\*) De toto hoc loco v. nos in commentario.

\*\*) Quidni *Dauliam*? Eam cum Delphis eandem esse falso putabant aeo medio, coll. Phrantza 4, 1 (p. 317 ed. Bonn.).

ab ortu ad Anatolici provinciam inter Acheloum, Acarnaniae (Aspropotamum dicunt) et Evenum, Aetoliae fluvium, pertinent. Anactorium praeterea in Acarnaniae Chersoneso (Vonizzam appellant), Azilium, quam Vaticam vocant, pluraque antiqua Aetoliae oppida cum dioecibus, hoc est agri parte, unde eo fori causa commearetur, cum maritima Leucade, quam veteres Heritum \*) dixerunt, contra Ambra-cium sinum (hodie sanctam Mauram vocant) et Asteria Ithacaeque insulis, quosque Echinadas dicunt, Corinthiaci sinus ostio et Acheloi eruptionibus proximas, magna Christianorum nostro aevo \*\*) navali victoria nobilitatas. Eo enim mari, inter Aetoliam insulasque Cephaleniam et Zacynthum medio, Christiana classis Ioannis Austrii auspiciis, Marco Antonio Columna, Pii V pontificis maximi triremibus imperante, ac Sebastiano Venerio, classis Venetae imperatore fortissimo eodemque divi Marci procuratore, Selymi, Turcarum regis, trecentarum amplius navium classem Naupacteo sinu egressam, ut nostros evaderet, anno post Christum natum MDLXXI die virgini Iustinae sacra nonis Octob. debellavit, cum intrepide cadente Augustino Barbado, Ioannis filio, Venetae classis cum imperatoria potestate legato, una et eximiae virtutis et nobilitatis trierarchis dum pro patria fortissime pugnantes ex sinistro cornu omnium primi prorumpunt atque hostes adoriuntur. Idem Venerius cum reliqua classe in confertissimas barbarorum triremes invectus atque acriter dimicans unam omnium nobilissimam, quod nunquam antea acciderat, de Turca hoste victricem patriae reportavit. Cessit praeterea in partem provincia Dyrrhachii, quod olim Epidamnium fuit, ad occiduum Macedoniae frontem, Pyrrhi, Epirotarum regis, sedes, quam primam Epirum quidam volunt. Albanopolis item cum Carthularatis, quae

---

\*) Lege *Neritum*.

\*\*) Anno 1571.

Constantinopolitani imperii strategiae erant, quaeque ad Agravonitas et veteres Taulantios in Illyrico, Eordaeos, \*) interiores Rhetios, \*\*) Elymiotas, Chaones et Thesprotos pertingunt, cum provincia secundae Epiri (Iainam hodie vulgo vocant) sub Acrocerauniis montibus ad Cassiopaeos pertinente. Lychnidium \*\*\*) Dassaritorum (hodie Ochridam nominant) una et Prilisbaeam †) regionem, cum ipsa demum Corcyra, Iouii insula ad Epirum vergente.“

„Trienti vero devotorum militum, qui peregrini quoque vocantur, et rescunciae cum dimidia XXIV aestimatores attribuerunt Lysimachiam, Cardiam, Eleum et Madytum, Thracii Chersonesi urbes; praeterea Gehennam urbem, atque item Pamphylum cum agro; Didymoticum urbem; ††) Anchialum, †††) et iuxta Euxinum pontum maritimam regionem superiorem ad usque urbem Mesembriam, Megarensium coloniam. Et quae ad Cypsellam, Zarellos, †\*) Lobizum, †\*\*) Biram, †\*\*)

\*) Bhamnusius *Cordaeos*. Emendavi *Eordaeos*.

\*\*) *Rhetios* quid hoc loco? An *Dassarelios*, quos tamen paulo post memorat?

\*\*\*) Lege *Lychnidium*. Novitium urbis nomen bene apposuit, *Ochridam*. Postea dicit *Achridam*, quae erat Byzantina nominis forma. *Lychnidus* veterum est una eademque cum Achride (Ochride) Bulgarorum

†) Volebatne *Priliapaeam* (*Prilapaeam*)? Quamquam in fine narrationis alio loco Prilapum (Perlepe) urbem iterum memorat. Placebit aliis *Prævulitanam*; sed hoc quoque nomen saepe noster repetit.

††) Hanc jam supra habuit.

†††) *Anchialum* addubito. Isto enim tempore (1204) *Anchialum* Bulgari habebant, non Graeci. Debebat *Branchialium* scribere, quamquam hoc ipsum jam supra habuimus. Similiter vero prior quoque libellus *Anchialum* habet pro *Branchialio*.

†\*) Lege *Gurellam*.

†\*\*) I. e. *Veram* (*Βήρα*). Ibidem, quod Bhamnusius de Lobizo habet, id mihi dubium videtur. Est Lobizus in Haemo (Balcano) quaerenda,

Macram et Traianopolim, cum vicis (casalia vocant) Braconis, et quae ad Cyzicum \*) trans Propontidem pertinerent, adiecto agro oppidisque, quae ad ipsas urbes attinent. Thracii vero Bospori insulas duas parvas, alteram in Europam, alteram in Asiam vergentes, Euripo disjunctas, Cyaneas dictas et Symplegadas, priscis aliquando creditas dictasque concurrere. At vero extra Hellespontum Tenedum, Aegaei insulam Sigaeis adversam litoribus. Insulas praeterea Cretici maris inter Sporadas, Anaphen, Poliegon, Asinen, Therasiam, Melou, et Aegaei ex Cycladibus Ion, Homeri tumulo insignem, Tuisaccum, \*\*) Paron, Oliaron, Nisyri, Naxon, Asteriam, Hiplagiam, Pathmon divi Ioannis exilio nobilem, cum suis appendentiis. Pertinentia Plithoti, \*\*\*) Glavatonis ac Molivoti †) et Hyalo Castellii, et quae ad Syrolessera ††) pertingunt. Aeni, Thraciae urbis, catapanichium cum apothecis, cum catapanichio urbis Rusianae, quae Topyris olim fuit, †††) atque iis, quae ad Agrovivarium pertinerent. *Catapanum* enim praefecturam

---

non prope Cpolin. Vide Nicetam in Isaacio Angelo 2, 1 (Ed. Bonn. p. 521). Sed poterant plures urbes hujus Slavici nominis in regno Byzantino reperiri.

- \*) Muratorii codex habet *Tetucitum*, quod non intelligens noster Venetus *Cyzicum* legit, in Asiam scilicet transsiliens.
- \*\*\*) Hunc locum in alia plane terra, sc. in Thracia, reliqui habent, similiter *Hiplagiam* et *Palmum* (Potamiam).
- \*\*\*) *Plithoti* (Plethoti), a *πλήθος*?
- †) Scribere debebat *Meliboti*.
- ††) Scribere debebat *Selymbriam*, cujus urbis nomen in toto hoc indice desideramus. Turcice *Silivri* dicitur, quod proxime accedit ad lectionem Rhamnusii.
- †††) Idem error Hieroclis in Synecdemo, ubi haec leguntur: *Τόπειρος, τὸ νῦν Πέστον*. Rusium et Topirus situ locorum magnopere differunt, coll. Via Egnatia comment. II, p. 19. De Rhusio idem repetit Rhamnusius p. 222.



significat, \*) quod qui provinciae moderationi esset ab Constantino-politano imperatore praepositus, Graeco nomine *Catapanus* vulgo diceretur; quae vox postea rudis saeculi ab usu contractis atque immutatis literis a recentioribus versa est in *Capitanium*, unde *Catapanichia* praefecturas vocabant.“

„In rescunciam vero eorundem devotorum militum (nam inter eos et Venetos, ut supra memoravimus, reliquis imperii dodrans summa aequitate divisus fuerat) cessere provincia Vardarii ad Axium,\*\*) Macedoniae fluvium, cum Berrhoena \*\*\*) provincia et agro, iam inde ab ipsa urbe Pella, quae duobus alumnis, Philippo Graeciae atque Alexandro Asiae domitore, maxime illustris fuit, ad usque Haemum montem in septentrionem, cum cartularatis et despotiis tam de Brocubisti †) quam de Flecaniza, cum iis, quae ad Gyrocomicem et Platamonas ††) pertinent. Provincia Molisci et Smolenorum. †††) Provincia Prilapi et Pelagoniae cum stagno. †\*) Provincia Prespe et Diodetonisi. †\*\*) Oreus, Larissae\*†) ad Ossam montem, quam olim pensilem aut obliquam dixerunt, cum Pelasgico campo Perraebiaque

\*) Graeci *κατεπάνω* (*κατ' ἐπάνω*) dicunt, Itali *capitano*.

\*\*\*) Venetum latebat, Vardarium eundem esse cum *Axio*. Dicere debebat: *Vardarii sive Axii* etc.

\*\*\*) Lege *Berrhoea*.

†) Scribendum erat *Drogubitia* (Drogubitza), coll. nott. critt. ad nostrum libellum.

††) Scribendum erat *Gyrocomicium et Platamonem*.

†††) Scr. erat *Molysci et Moglenorum*, coll. nott. critt.

†) Scr. erat *Stano*, coll. nott. critt. et explic.

†\*\*) Scr. erat *Dyodecanesi* (Dodecanesi).

\*†) Lege *Horium Larissae* cett. Male vero Venetus de altera Thessalorum Larissa, sc. Cremaste (pensili) cogitat, quae erat juxta sinum Maliacum. Eligenda nobilior Larissa, metropolis Thessalorum.

et Magnesiaie parte, ad ipsum Thermopylarum saltum, septentrionem versus, campestri Thessaliae proxima, Pherisque, Pelasgicorum camporum ad Magnesium termino, necnon Pagasarum emporio, Iolco proximo, quo ex loco Pelias Iasonem ac navem Argo foras emisisse memoratur. Provincia inferioris Mysiae; provincia superioris, quam Serviam \*) dicunt. Provincia Castoriae. Tricca demum, Achrida et Deabolis, Macedoniae oppida.“\*\*)

„Ut cuique legibus suum tenere ac frui licuit, luxus, pacis comes et alumnus, contagionibus avaritiae mores, leges iuraque labefecit; qui sua decoxerant, alienis manus iniiciebant. Praeterea Constantinopolitani simultatibus primum, quibus ea gens callidissima excellit, deinde aperte odisse coepit, omniaque jam inde machinari; Graecis enim dolebat, sua sibi adempta in alienos et eos intolerabiles transferri.“

„Ceterum Monferratensis marchio, cui ante Balduini imperatoris declarationem ex pacti conventi formula Cretam insulam cum Bithynia et Ponto de baronum et Danduli ducis consensu tanquam futuri imperatoris ligio homini attributam fuisse memoravimus, insulam Veneto vendidit. Venditionis causam ferunt, quod Bonifacius ad gerenda bella et regni Thessalonicensis componendas res inops aeris, cogendae pecuniae studio intentus, insulam se, in cuius possessionem nondum esset profectus, adversus Graecos exules difficillime tutari posse arbitraretur, quando ex subalpinis in Cretam venturo obstructus aditus, neque portus esset, subindeque implicitum iter, quod sibi ex dignitate nominis, nequaquam alieni arbitrii beneficio reponendum

---

\*) Invenerat Venetus urbem Servia (Σέρβια, τὰ). Quam non intelligens (est autem iuxta Olympum montem sita), in Mysiam Serviamque provinciam iuxta Danubium aberrat.

\*\*\*) Achridam (Ochridam) jam supra habuit.

foret. Praeterea ad terrestre bellum cum supra caeteros sui saeculi duces praeclarum ingenii robur extendisset, et rerum navalium omnino rudis esset (neque enim cum terrestri pugnandi gloria navale decus addiderat, quum alia sit regendorum equorum et copiarum, alia gubernandae classis ratio); illius insulae marchionem taedium ceperat. Proinde Ponti et Bithyniae urbibus Thessalonicensi regno cum imperatore paulo ante commutatis, Cretam quoque Venetis pecunia commutare cupiebat. Re igitur diu multumque cum Dandulo duce per legatos tractata confectisque Adrianopoli tabulis, anno Christianae salutis quarto supra millesimum ducentesimum, pridie idus Augusti, in has tandem utrique conditiones inclinant. Eas in curiosi lectoris gratiam ex monumentis publicis de Veneto archivo exceptas hoc loco inseruisse non piguerit. Summa conditionum istiusmodi fuit: „„Bonifacium marchionem Cretam insulam, quam tandem sibi paulo ante Alexius Angelus iunior, Isaacii imperatoris filius, vetere affinitate coniunctus et beneficio alligatus honorario munere sponderat, dederat, eam Marco Sanuto Veneto et Rauano a Carceribus Veronensi, quibus libera eius negotii administratio a Dandulo et Venetis permissa erat, pro duce Venetisque stipulantibus, cedere. Creditum praeterea centum aureorum hyperperorum nummum millium, quos idem Alexius Bonifacio de constituta pecunia tenebatur; una et feudum honoremque ac ius ex militiae beneficio et fidelitatis praestito a se sacramento, quod marchio, ipsius Bonifacii frater, ab socero Emanuele Comneno imperatore accepisset; totum denique ius suum tradere, tam directum, quam utile, quod vel suo proprio, vel alterius iure habet, tenet, possidet, vel habere, tenere et possidere posset, eius clientelae causa in quibuscunque Constantinopolitani imperii regionibus, quae tam ortum, quam occasum spectant, et quod sibi quoquo iure sacro et religioso vel civili competit. Contra Dandulus Venetique mille argenti marcas praesentes darent, itemque tot latifundia et possessiones per communes arbitros in occidentali Macedoniae parte designandas, ex

quorum praediorum fructu X millium hyperperorum aureorum marchio annuum reditum perciperet; quem quidem agrum cum agri finibus colonisque ab duce Venetisque idem ipse Bonifacius liberique ac haeredes haeredumque successores, mares, feminae, libere et absolute perpetuo possiderent, tenerent, imperii tamen et imperatoris operarum et obsequiorum iure salvo, pro servitiis ex formula praescripta per imperatorem indicendis atque assignandis; caeterum, quo in omni fortuna atque honore Marchio incolumes Venetos haberet, ad Veneti nominis cultum, honorem utilitatemque iureiurando Bonifacius obstringeretur, se pro tutela honoris, dignationis fortunarumque Venetarum, quas ubique Veneti in imperii ditone possiderent, tenerent, aut in posterum possessuri essent, amico, ut par est, animo et inviolata fide eductis copiis suppetias laturum adversus omnes, qui eorum muneribus, honoribus, dignationibus rebusque infesti molestiam illis inferant, aut inferri curent, Veneti iuris quicquam invadendo aut occupando.“  
 Haec omnia supra conventa mutuo consensu ac solenni stipulatione intercedente more maiorum sancita et confirmata esse voluerunt. Ita Marchioni agris et possessionibus opportunissimis et fructuosissimis de quadrantis et rescuunciae Venetae portione, ut ante egerant, integra fide in Macedonia assignatis, argentoque per Venetos in eadem urbe Adrianopolitana persoluto, quando ei satisfactum foret, Creta insula Dandulo et Venetis acquisita fuit.“

Et haec fere sunt veterum scriptorum testimonia de partitione regni Byzantini. Qua vero ratione Latini praedam istam inter se partiti sunt? Eam quaestionem a nemine praeter Rhamnusium tentatam esse video; quamquam is ipse eam quidem tentavit, nec tamen solvit. Quid? quod Wilkenus in toto operis sui tomo quinto hunc laborem omnino defugit, nil memorans, quam quod Vene-

tiarum dux ejusque ante Delphinum successores „totius quartae et dimidiae imperii Romaniae domini“ dicti fuerint (Kreuzzüge, vol. 5. p. 368 nota 101); id quod ex aliis scriptoribus satis abunde constabat. Neque melius vir celeberrimus Gibbonus (Gesch. des Verfalles und Unterganges des Röm. Reiches. Deutsch von Joh. Sporschil. Leipz. 1837. p. 2300): „Bei der Theilung der griechischen Provinzen war der Antheil der Venetianer grösser, als jener des griechischen Kaisers. Nur ein Viertel wurde seiner Domaine überwiesen, die reine (l. eine) Hälfte des Ueberrestes aber Venedig vorbehalten, und die andere Hälfte unter die Abenteurer aus Frankreich und der Lombardei vertheilt.“ Ita factum est, ut ego disputationem tantum non integram aggrediar, bono, sic spero, eventu gavisuram. \*)

Jam primo de numero partium quaeramus, quae singulis victoribus, id est Duci Venetiarum, imperatori Flandro, Peregrinis obtigerunt; mox de singulis victoribus videbimus, quibus hae partes assignabantur. Index geographicus, pacto primo annexus, sive altera ejus pars, sex partes habet, immo tria partium paria, primum Duci

---

\*) Egit latius quidem, nec tamen, ut sufficiat, de his rebus Lebeau, histoire du bas empire, ed. St. Martin. Tom. XVII, l.XCIV, c. 37 (conventions des assiégeants entre eux); c. 52 (partage des terres et des dignités de l'Empire); l. XCV, c. 3 (partage de l'Empire entre les deux nations).

Venetiae, secundum imperatori, tertium Peregrinis concessum. Hae tres personae, Dux sive ipsi Veneti, imperator, Peregrini, revera totum corpus exercitus constituebant. Eae portiones num ad amussim factae et descriptae fuerint necne, nemo id scrutabitur. Est enim ne id quidem exploratum, suanne quisque partem revera acceperit et adierit, coll. Asia minore, cujus urbes aliquot Franci tentantes brevi post (a. 1207) ex omni Asia recesserunt; totus vero ille tractus imperatori obtigerat. Indicis ipsius vis et ratio est mere geographica; enumerat, nil aliud, urbium nomina satis multa, eaque in sex (tres) portiones separat, nominibus possessorum supra scriptis, Venetiae Ducis, Imperatoris, Peregrinorum. Neque tamen in his praetermittendum est, in indice nostro geographico totum illum tractum omitti, qui medius est inter Hebrum (Maritzam) et Axium (Vardarium), brevique post regnum Thessalonicense, Bonifacio assignatum, effecit. Hunc tractum si tribus illis partibus addimus, index quoque geographicus, ut altera numerandi ratio, quatuor partes habere debebat, id est portionem Ducis, Imperatoris, Bonifacii, Peregrinorum, quum codd. mss., ex quibus index petitus est, tres complectantur, non plures.

Venio ad alteram Notitiam, de partitione imperii ab aliis veterum traditam. Ea notitia quatuor partes nobis aperit, simul vero aliam (quintam) minorem, quartae dimidiam, coll. G. Acropolita, Chronico Moreotico, Historia sive Libro captionis (conqueste), quorum verba supra attuli

pag. 6. 7. Primo videamus de solo Acropolita, cujus verba ἐξ ὄλου πρὸς τὸ ὄλον, ὃ τὸ τῶν Φράγκων ἐκτίσαστο γένος, τὸ τέταρτον καὶ τοῦ τετάρτου τὸ ἡμῶν Venetorum Duci obtigisse narrant. \*) Franci, h. L. memorati, Latini erant, Cpoleos victores, exceptis Venetis cum Duce, qui ab illis manifesto separantur. Ergo prius ὄλον est latioris sensus, posterius strictioris. Illud ὄλον quatuor illas portiones significat, i. e. totum regni Graeci complexum; posterius ὄλον tres reliquas, imperatori, marchioni et peregrinis assignatas. His expositis ad Acropolitam, Chronicon Moreoticum, Librum captionis accedamus, qui auctores multo melius quam alii illam quartam et dimidiam, Venetis concessam, explanant. Ista dimidia est dimidia pars quartae, id est octava, coll. Chronico Moreotico supra citato pag. 7. Scilicet Duci Venetiarum, rebus agendis, si quis alius, pari et idoneo, acri, seni tamen moroso ac tristi, coeco etiam, Balduinum Flandrum, juvenem, militia bonum,

---

\*) Venetorum dueem „quartae et dimidii totius imperii Romaniae dominum“ dictum esse constat. Breviloquentia hominum doctorum turbas excitavit. Dici debebat: „quartae et dimidii quartae.“ Cfr. Byron. notes to Childe Harolds Pilgrimage. C. IV. p. 709. ed. Frankof. 1826: „Henry Dandolo when elected Doge in 1192 was eighty-five years of age. When he commanded the Venetians at the taking of Constantinople he was consequently ninety-seven years old. At this age he annexed the fourth and a half of the whole empire of Romania, for so the Roman empire was then called, to the title and to the territories of the Venetian Doge. The three-eighths of this empire were preserved in the diplomas until the Dukedom of Giovanni Dolfino, who made use of the above designation in the year 1357.“ etc.

amoenum, in collatione regni praetulerant (Wilken, Kreuzzüge vol. 5. p. 321); quanquam aliae quoque causae narrantur (Wilken, l. c.), quare Balduinus electus sit imperator, non alius. Ergo Dux Venetiarum accepit  $\frac{1}{4} + \frac{1}{8}$ , coll. Chronico Moreotico.

Videamus etiam de Bonifacii portione, quam omnes, ut dixi, indicis geographici codices omittunt, ne excepto quidem Rhamnusio Veneto, qui in elencho suo de tractu inter Maritzam et Vardarium sito cum reliquis tacet; est vero ea ditio admodum magna, cujus urbes satis copiosas cum in Thessalonica exposui, tum in Viae Egnatae parte secunda. Quae omissio num casu facta sit necne, id vero difficile dictu videtur. Mihi de industria hoc factum videtur. Index ille (sive partitio) cum conficeretur, lis nota Balduini et Bonifacii de portione huic tribuenda adhuc integra fuisse esse videtur. Fine demum anni 1204 Thessalonicense regnum Bonifacio concessum fuisse, Ville-Harduinus refert (de la conquete p. 108. 109. 113. 114. ed. Paris.). Regnum Thessalonicense pridem frater ejus, Rainerius, tituli specie, imperante Manuele, obtinuerat (Thessalonica p. 21. 31.). Milites cruciati cum se in Venetiarum urbe ad oppugnandam Cpolin accingerent, Alexius, Isaacii imperatoris filius, qui regnum affectabat, Bonifacio insulam Cretam pollicitus est, coll. Rhamnusio, aliis. Aliud tamen visum Balduino et Bonifacio post captam urbem, qui uterque maximam tum temporis spem throni Cpolitani fovebant. Inter eos igitur convenit, ut



Bonifacius Cretam cum Asia Balduino cederet, si imperator ipse creatus foret; similiter Balduinus cum Bonifacio ageret. Lis vero tum temporis et contentio inter utrumque orta, quam anni ejusdem 1204 finis composuit, coll. Villeharduino modo citato et Rhamnusio, cujus posterioris verba in documentorum serie attulimus. Regnum igitur Thessalonicense Bonifacio obtigit, ditioe Cretae insulae magis ei opportunum; et nobilem mulierem regni Hungarici, Macedoniae vicini, eodem fere tempore in matrimonium ducebat. Bonifacius tamen marchio Venetis quoque in jure Cretae, ab Alexio ipsi promissae, obligatus fuisse videtur. Hi enim Macedoniae occidentalis partem pro Creta insula marchioni cesserunt, addito auri pondere satis magno; id quod ex Rhamnusio, scriptore locupletissimo, cognoscitur. Ex his simul apparet, jam tum temporis peregrinos et Venetos unam et alteram sortium partem paciscendo inter se commutasse: Macedoniam enim occidentalem non Veneti nacti sorte erant, sed peregrini, coll. indice geographico. Quibuscum Nicetas egregie consentit in Balduino Flandro (Opp. ed Bonn. p. 787 sq.): *Οἱ δὲ καὶ περὶ κλήρον πόλεων ἤρισαν, καὶ ἀντέδοσαν ἄλλοις ἕτεροι, καὶ ἀντέλαβον πόλεις καὶ ὄρια* (terras). Vides igitur, lector erudite, lacuna (si fuit) indicis geographici quomodo sive resarcienda, sive intelligenda fuerit: et indicavimus eam revera, duce historia, quae regni divisi quatuor partes ostendit, non tres, ut vult index geographicus, qualem nunc habemus.

Forma partitionis geographica magnam prudentiae speciem prae se ferre videtur. Et primo quidem Thraciam meridionalem, Cpoli vicinam, victores, Dux Venetiarum, Imperator, Peregrini inter se dividebant; horum enim maxime intererat, ut in hac saltem regni parte juncti et sociati habitarent, quae scilicet totius quasi caput est et metropolis, Bulgarorum vicinorum e borea potentiae et saevitiae tum maxime obnoxia. Asiam Imperator electus, cum capite regni tantum non junctam, melius aliis obtinebat, utpote provinciam sive partem non levioris momenti quam antecedens, Thracia, inquam, licet ambitu longe majorem, acquirentibus vero, i. e. Latinis, difficiliorum. Eam enim alii jam praecoccupant, Trapezuntini regni modo orti imperator, Nicaenus imperator, Aldobrandinus Italus, alii forte. Turca vero Iconiensis prope aberat. Thraciam igitur meridionalem, non amplius (Bulgari longe plura ejus tenebant), defendere, Asiam vero (particulas ejus urbesque) expugnare debebat Balduinus, bello strenuus; quod tamen utrumque male ei cecidisse constat. Siquidem Bulgari Thraciam, excepta Constantinopoli et vicinis urbibus una alterave, fere totam brevi post si non occuparunt, tamen vastarunt et exspoliarunt; Asia vero minori anno jam 1207 Latini decedebant. Bonifacium deinde marchionem electo Thessalonicensi regno rebus suis haud male consuluisse, vix erit, quod uberius moneam. Ejus portionem secundam dico, antecedentem vero primam, scilicet Ducis Venetiarum, Imperatoris, Peregri-

norum. Ceterum haec quoque pars viro gnavo strenuoque indigebat, Bulgarorum et Vlachorum copiis non semel tentata. Peregrini, quibus tertia portio, id est partis unius sectio altera, obtigit, tutiora recte obtinebant, Thessaliam cum Graecia extra Isthmum posita; quanquam postea eam portionem Balduino imperatori assignatam esse Rhamnusius narrat. Reliqua, quarta pars, in Venetorum potestatem et ditionem cessere, antecedentibus terris multo magis spatiosa, Peloponnesus, Aetolia, Acarnania, Epirus. Mercatorum in his prudentiam unusquisque perspiciet. Quanta enim insularum utilitas! Quanta reliquorum locorum occupandi opportunitas! Quaeque magnitudo terrarum et praestantia! Et hoc quidem revera, ni fallor. Veneti tamen praeter insulas satis multas puto nihil fere primo aevo ditionis suae fecerunt. Epirum cum Acarnania atque Aetolia, immo etiam Thessaliae haud pauca, Epiri, quos tum dicebant, Despotae occupabant diuque tenebant; Peloponnesum imperator Byzantinus Franco - Gallis feudi titulo concessit, coll. Georgio Acropolita cap. 6 atque aliis scriptoribus. Revera sero tandem Veneti terrarum illarum partes quasdam cum Dalmatia occuparunt. Quid? quod nec primitivi omnino pacti de partitione regni fides et religio unquam servata fuisse mihi quidem videtur. Bonifacius enim (ut hoc uno exemplo utar) jam primo tempore quasdam Thessaliae partes sibi acquisivit, Peloponnesum vero hostiliter intravit. Plurima tamen paciscendo permutata fuisse opinor, coll. Niceta modo citato. Adde

Laonicum Chalcocondylam, cujus verba dedimus initio hujus Praefationis. Verum haec hactenus. Uberiora de Latinorum in Graecia dominatione quaere apud Buchonum, Du Cangium, Fallmerayerum.

En igitur multo quam antea emendatior in lucem publicam prodit Index partitionis regni Byzantini geographicus, cujus libelli editionem Muratorianâ castigationem jam Gibbonus Britannus in votis habuerat (Hist. Rom. capite LXI). Primus eum revera Rhamnusius Venetus edidit seculo decimo septimo, licet non ea forma utens, quam in codicibus Ambrosianis Venetisque effictam habemus; ita ut nomina urbium et provinciarum unum post alterum scriberet, velut reliquorum quoque codicum librarii, unde posteriores editores sua depromserunt. Apographo suo Rhamnusius libere usus est, singula narrandi membra et nomina suae narrationi intexens, libro veteri modo ad verbum obsecutus, modo adversatus quoad ordinem, ita ut e suis quoque varia immisceret non inepta, quaedam etiam falsa. Cujus rei ignarus Muratorius libellum ut ineditum vulgavit in nota, quam addidit Chronico Andreae Danduli Veneti (Scriptt. rer. Itall. vol. 12 p. 328—332), quanquam ad unum omnia jam Rhamnusius seculo XVII ediderat. Hoc b. Wilkenum latuit, cum indicem nostrum ex codicibus mss. Vindobonensibus ederet. Rhamnusium certe vir beatus cognitum habebat, quem bis in farragine critica citat, textui suo subjecta, cum dicendum fuisset,

Rhamnusium Venetum in sua belli Cpolitani historia eodem, vel simili codice usum fuisse, quo usus fuerat Muratorius. Libellum (indicem) nostrum Wilkenus edidit anno 1829 (*Geschichte der Kreuzzüge*, vol. 5, append. p. 3 sqq.). Usus est „libro“, quem dicunt, „albo“ archivi Vindobonensis; deinde „libro Pactorum“, in quo index noster bis habetur. Tribus igitur codicibus mss. Vindobonensibus, olim Venetis, usus et Wilkenus; quartus est Muratorianus (Ambrosianus) prior, plenus. Quintum, itidem Muratorianum (Ambrosianum), quem ego primus consului, Wilkenus neglexit, licet a Muratorio ibidem patefactum in *Scriptt. rer. Itall.* Isque codex est priori brevior, desinens in voce Corypho; solam igitur Venetorum partem habet, in quibusdam vero codicem pleniorum antecellit. Eadem omissionis culpa in b. Buchonum, Franco-Gallum, de literis nostris bene meritum, cadit. Is enim indicem nostrum e Muratorio non mutatum repetiit in libro: *Eclaircissements sur la domination Française . . . dans les provinces démembrés de l'empire Grec à la suite de la quatrième croisade.* Paris 1840. T. I p. 8 sqq. Buchonus ibidem Rhamnusium tacet ut Wilkenum, a quo tamen, ut dixi, anno 1829 index noster editus fuerat.

Postremo Rhamnusium editionis nostrae quasi fundamentum esse, non est quod pluribus exponam; ita tamen, ut ordinem urbium cett. secundum reliquos codices

servarem. Praeter Rhamnusium quinque codicibus mss. usus, textum in plerisque novum effinxi. In commodum lectorum libello Latino addidi interpretationem Graecam, cujus olim exemplar Graecum exstitisse non dubito; adeo sunt in hoc quoque libello Graeca Latinis mixta. Ejusmodi interpretatione priorem quoque indicem instruxi.

---

Pacti Francorum de partiendo regno Graeco pars geographica a nobis emendata.

<p>Pars prima domini Ducis et communis Venetiae. <sup>1)</sup></p>	<p>Ὁ πρῶτος κληῖρος τοῦ κῦρ Δουκὸς καὶ τῆς κοινότητος τῆς Οὐνετίας.</p>
<p>Civitas Arcadiopolis. <sup>2)</sup> Messene. <sup>3)</sup> Bulgarophygun. <sup>4)</sup> Pertinentia Pyrgis <sup>5)</sup> et Nicodemi. <sup>6)</sup> Civitas Heracleae. <sup>7)</sup> Pertinentia Chalcidis <sup>8)</sup> cum civitate Raedesto <sup>9)</sup> et Panio, <sup>10)</sup> cum omnibus,</p>	<p>Ἀρκαδιόπολις πόλις. Μεσσηνη. Βουλγαρόφυγον. Τὰ Πύργων καὶ Νικοδήμου. Ἡράκλεια πόλις. Τὰ Χαλκίδος σὺν τῇ πόλει Παιδέστω καὶ Πανίῳ πᾶσι τε τοῖς ἐπ' αὐ-</p>

- <sup>1)</sup> *Haec est pars terrarum domini Ducis et Communis Venetiae* La (liber albus archivi Vindobonensis); *pars terrarum domini Ducis et Communis* (Mur. ibi: „al. gentis“) *Venetorum. De prima parte imperii Romaniae, quae devenit communi Venetiarum* M. (Muratorii codex Ambrosianus prior).
- <sup>2)</sup> *Archadiopoli* La; *Archadiopolis* Lp 1 (liber pactorum primus archivi Vindobonensis), M 1, qui liber post *Bulgarophygun* iterum *Archadiopoli* habet. *Arcadiopolis* M 2 (Muratorii codex Ambrosianus posterior), Rh. (Rhamnusius).
- <sup>3)</sup> *Missini* La M 1; *Misino* M 2; *Mosynopolis* Rh., obsequente, ut alibi, Wilkeno.
- <sup>4)</sup> *Bulgarofigo* La; *Bulgarofico* M 2.
- <sup>5)</sup> *Pertinentia Pulis* La; *pertinentiam Piacis* Ep 1; *pertinentia Pictis* M 1. Anne *Pyrgis* (*Burgas*)?
- <sup>6)</sup> *Nicodemi* La M 1; *Meodimi* Lp 1. Locus mihi incognitus.
- <sup>7)</sup> *Yraclee* La; *Frudue* M 2; *Heracleae* M 1. Rh.
- <sup>8)</sup> *Chalcidos* La; *Chalkidos* Lp 1; *Caludro* M 1; *Kaleidos* M 2; *Chalcedonis* Rh.
- <sup>9)</sup> *Rodesto* La M 1; *Rodosto* Lp 1; *Radusto* M 2; *Rhaedestum* Rh.
- <sup>10)</sup> *Panedo* La M 1 2; *Panium* Rh. *Panedum* s. *Panidum* medio aevo scribebatur. Edrisius Arabs, seculi XII. scriptor (Const. Porphyrog.

quae sub ipsis. Et civitas Adrianopolis<sup>11)</sup> cum omnibus, quae sub ipsa. Pertinentia Gani.<sup>12)</sup> Casale Chortocopolis.<sup>13)</sup> Casalia Chotrici.<sup>14)</sup> Cerasia.<sup>15)</sup> Myriophytum.<sup>16)</sup> Pertinentia Peristasis.<sup>17)</sup> Pertinentia Branchialii.<sup>18)</sup> Casa-

τοῖς. Ἀδριανόπολις πόλις, σὺν πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτῆς. Τὰ Γάνου. Τὸ μετόχιον Χορτοκοπέλεως. Τὰ μετόχια Χοτρίκου. Κεράσια. Μυριόφυτον. Τὰ Περιστάσεως. Τὰ Βραγχιαλίου. Τὰ μετόχια τῶν

nostrae editionis p. 36), *Nabdos* scribit, perperam: forsan scribarum culpa.

<sup>11)</sup> *Adrianopoli* La; *Adrianopolis* M 1; *Hadrianopolis* M 2.

<sup>12)</sup> *Quae sub ipsa pertinentia Gunicasali* M 2. Vocem *Gani* M 1 habet post *Pertinentia de Muntinanis* .. *sub ipsis*. Idem M 1 variat in aliorum nominum ordine.

<sup>13)</sup> *Cortocopi* Lp 1 M 2. Omisit M 1. Scribo *Chortocopolis* cum Villharduino et Rhamnusio.

<sup>14)</sup> *Chotriki* La; *Cotriki* Lp 1; *Corici vel Coltrichi* M 1; *Cotrichi* M 2. Locus mihi cum descriptione incognitus.

<sup>15)</sup> *Kerisia* La; *Kerasia* Lp 1; *Certasca* M 1, jungens cum sequenti *Myriophytum*; *Karasa* M 2; *Cerasio* Rh. Elegi formam *Cerasia*, ut magis Graecam. Sic in Atho quoque monte pagus eremitarum *Cerasia* occurrit, coll. Grisebachio in *Rumelia* T. 1. p. 286 sq.

<sup>16)</sup> *Miriofitum* La M 1; *Mircosfitum* M 2, *Mircophytum* Rh.

<sup>17)</sup> *Pistafi* La; *Peristaph* Lp 1, male obsequente Wilkeno; *Peristatus* M 1; *Peristat* M 2; *Peristaphi* Rh.

<sup>18)</sup> *Brachioli* La Rh.; *Brachiali* M 1; *Brachiolli* M 2.

<sup>19)</sup> *Raulatis* La M 1 2 Rh. Locus cum descriptione mihi incognitus. An *cartularatis*? Quo posito locus mancus erit et sic scribendus: *Casalia de . . cum cartularatis* cett. Ceterum Raulorum (*Ραουλ*), i. e. Radulphorum nobilis familia, stirpe Gallica, Cpoli non incognita fuit, coll. Niceta p. 593 ed. Bonn. Adde Cantacuzenum, cujus historia bis semel habet Raulorum memoriam, coll. indice editionis Bonnensis. Electa forma *Raulatis* erit *Raulatum* idem quod *praedium Rauli*, velut



lia de Raulatis. <sup>19)</sup> Hexami-  
lium. <sup>20)</sup> Emporium <sup>21)</sup> Sagu-  
dae. <sup>22)</sup> Pertinentia Gallipolis. <sup>23)</sup>  
Laccus. <sup>24)</sup> Pertinentia de Mun-  
tanis <sup>25)</sup> et Sigopotamo <sup>26)</sup> cum  
omnibus, quae sub ipsis.

Ῥαουλάτων. Ἑξαμίλιον. Τὸ ἐμ-  
πόριον Σαγούδης. Τὰ Γαλλιπό-  
λεως. Λάκκος. Τὰ Μουντάνων  
καὶ Σιγοποτάμων, σὺν πᾶσι τοῖς  
ὑπ' αὐτοῖς.

paulo post habemus voces *Contostephanata* et *Camytzata*, natas puto e nominibus gentium nobilium *Contostephanorum* et *Camytzarum*.

- <sup>20)</sup> *Examili* La; *Cyamili* Lp 1; *Examilli* M 1. 2; *Ciarnilli* Rh.
- <sup>21)</sup> *Emborium* La; *emborium vel estborium* M 1, *Sagudai* alio loco habens; *emporium* Rh., obsequente Wilkeno; *embrorium* M 2.
- <sup>22)</sup> *Sagudai* La M 2; *Sageedai vel Saguelai* M 1, et quidem post *Brachioli*; *Sagudae* Rh. Simile *Sagudatae* (plur., nom.) habemus, sc. gentem Slavicam prope Thessalonicam, coll. Thessalonica nostra p. LXXVII. 252.
- <sup>23)</sup> *Gallipoli* La; *Galli Poli* M 1; *Gallipuli* M 2.
- <sup>24)</sup> *Lacu et Lactu* La; *Lazu et Lactu* Lp 1 M 2; *Lazua et Lactu* M 1. Nihil horum apud Rhamnusium. Unus locus significari videtur, non plures, ut similia in hoc indice occurrunt. An *Laccus* (λάκκος, lacus), ut magis Byzantinum?
- <sup>25)</sup> *de Muntumanis* La; *demum Timanis* Lp 1; *de Muntimanis* M 1; *de Muntemanis* M 2. Locus mihi corruptus esse videtur. Malim simplicius *Muntanis*. Et patriarcham Cpolitanum Muntanem (*Μουντάνην*) Nicetas habet in Isaacio Angelo 2, 4 (p. 530 ed. Bonn.); unde huius familiae forte praedia spectabantur, coll. iis, quae supra notavimus de Raulatis, cett. Aliis placebit *Montanis*, coll. Leone Grammatico p. 179 ed. Bonn.: Ἐβάπτισε δὲ (Leo Isaurus imp.) ἀναγκαστῶς καὶ τοὺς Ἑβραῖες, ὥστε λέγεσθαι ἔκτοτε τοὺς Ἑβραῖες καὶ Μουντάνες. Adde Theophanem p. 617, 9. ed. Bonn., ex quo sua hausit Leo. Talesne ibi locorum Ebraei habitabant, ut ab iis urbs nomen habuerit? Postremo locum *Myrtanum* (*Μυρτάνων*) ibidem fere Harpocratio habet s. v.; *Myrtinum* vero (*Μυρτίνων*) Libanius in apologia Demosthenis T. I. p. 451, referente Wesselingio ad Itineraria p. 633.
- <sup>26)</sup> *Sigopotamo* La; *Sigopotomo* M 1. 2. Abest a Rh.

<p>Pars secunda domini Ducis et communis Venetiae. <sup>27)</sup></p>	<p>Ὁ δεύτερος κλῆρος τοῦ κυρ Δουκὸς καὶ τῆς κοινότητος τῆς Οὐνετίας.</p>
<p>Provincia Lacedaemoniae, <sup>28)</sup> micra et megale episcepsis, <sup>29)</sup> id est parva et magna. Pertinen- tia Calabritae. <sup>30)</sup> Ostrobis. <sup>31)</sup> Oreos. Carystus. <sup>32)</sup> Andros. <sup>33)</sup> Aegina <sup>34)</sup> et Colurus. <sup>35)</sup> Za- cynthos <sup>36)</sup> et Cephalonia. <sup>37)</sup> Provincia Calauriae <sup>38)</sup> cum Cy-</p>	<p>Τὸ θέμα Λακεδαιμονίας, ἡ μι- κρὰ καὶ ἡ μεγάλη ἐπισκεψις. Τὰ Καλαβοῦτης. Ὀστροβος. Ὠρεός. Κάρυστος. Ἄνδρος. Αἰγίνη καὶ Κόλουρος. Ζάκυνθος καὶ Κεφαλη- νία. Τὰ θέμα Καλαυρίας σὺν ταῖς Κυκλάσι. Νησία. Τὰ Λεβαδείας.</p>

<sup>27)</sup> *Haec est de parte secunda domini nostri Ducis et communis Venetiae La; Haec est secunda pars terrarum D. Ducis, et Communis Venetiarum de secunda parte Imperii Romaniae M 1.*

<sup>28)</sup> *Lakedemonie La; provinciae Lacedaemoniae M 1. 2.*

<sup>29)</sup> *Micra et Megali epikepsis La; Epicephis M 1, sejungens ab interpretatione latina, quae sequitur; Mier et Megalli Epishepsis M 2; Lacedaemon. . . cum provinciae adjunctis, quae magna et parva pertinentia tabelliones appellant Rh.*

<sup>30)</sup> *Kalobrita La, cum antecedenti pertinentia jungens ut M 1; Lialobrita Lp 1 Rh.; Calobries vel Calobrita M 1; Calobrita M 2.*

<sup>31)</sup> *Ostrouos La; Ostrones vel Ostrovos M 1; Ostronos M 2; Ostrobis Rh.*

<sup>32)</sup> *Caristos La M 1. 2. Ante Oreos M 1 ponit Colomis.*

<sup>33)</sup> *Antrus La; Antras M 2.*

<sup>34)</sup> *Egina La M 1.*

<sup>35)</sup> *Culurns La; Calirus vel Culuris M 1; Culuris Rh.; Kuturis M 2.*

<sup>36)</sup> *Çichintus La; Zichintus Lp 1.; Zacintus M 1; Zakintos M 2.*

<sup>37)</sup> *Kefalinia La; Caephalonia M 1. 2.*

<sup>38)</sup> *Colonie La; Collonie Lp 1; Colonis M 1; Coloniae M 2. Velim Calauriae, coll. Phannusio p. 165.: In Troezenio . . . sinu Calauria*

cladibus. <sup>39)</sup> Nisia. <sup>40)</sup> Pertinentia Lebiae. <sup>41)</sup> Horium Patrarum et Methonae <sup>42)</sup> cum omnibus suis, <sup>43)</sup> scilicet pertinentiis de Brana. <sup>44)</sup> Pertinentia de Cantacuzeno, <sup>45)</sup> cum villis kyrae Irenae, <sup>46)</sup> filiae imperatoris kyri Alexii, <sup>47)</sup> cum villis de Melibo-

Τὸ ὄριον Πατρῶν καὶ Μεθώνης, σὺν πᾶσι τοῖς αὐτῶν, ἤγουν τοῖς τοῦ Βράνα. Τὰ Καντακουζηνῶν, σὺν ταῖς κώμαις τῆς κυρᾶς Εἰρήνης, θυγατρὸς τοῦ αὐτοκράτορος κυροῦ Ἀλεξίου, σὺν ταῖς κώμαις τοῦ Μελιβότου καὶ Παντοκράτορος

.. atque extra Saronicum sinum .. Cycladarum pars. Vide sequens Conchilari cett. Obstare tamen videtur provincia.

<sup>39)</sup> *Conchilari* La M 2; *Concilani vel Conchi Latica* M 1. Hinc feci cum *Cycladibus*, coll. Rhamnusio modo memorato.

<sup>40)</sup> *Canisia* La M 2; *Canisu* Lp 1; *Cavisia vel Nisia* M 1. Elegi simplex *Nisia* (Nixia, Naxia, Naxos).

<sup>41)</sup> *Lopadi* La M 2; *Lapadi* M 2. An *Lebadeae*? Mirum enim videri poterit, quod totus index nil habet de Graecia media et interiore, quae patet inter Thessaliam et Atticam. Rhamnusius hanc Graeciae partem non praetermittit, his verbis utens: . . cum his, quae ab *Thermopylis ad Elidas et Boeotios* . . pertinent. Ordo tamen narrandi insulam quandam Peloponneso vicinam requirere videtur. Apud Rhamnassium praestabit *Elateam* vel *Thebas*. Quid enim *Elides* in Boeotia?

<sup>42)</sup> *Oprium, Patro et Methonis* La; *Oprium vel Orili, Caephalonia, Patre, Methone* M 1; *Orium Patr., et Methone* M 2; *Medanus* Lp 1. Graece locus sic scribebatur: ὄριον (ager, regio) Πατρῶν καὶ Μεθώνης (*Μεθώνης*). Hoc textui reddidimus.

<sup>43)</sup> Distinximus post *suis*.

<sup>44)</sup> *Brae* nomen agnoscunt La M 1. 2. Rh.

<sup>45)</sup> *Catacozino* La; *Catagino* Lp 1; *Catacha Gomo* M 1; *Catozino* M 2. Veram Cantacuzeni scriptionem praestat Rh., coll. sqq.

<sup>46)</sup> *Kyreherinis* La; *Kircherinis* Lp 1; *Chirae Hermis* M 1; *Karcherinis* M 2.

<sup>47)</sup> *Kyrialexii* La; *Kir Alexii* M 1; *Kyti Alexii* M 2. Totum locum sic praestat Rhamnusius: *Praeterea, quae in Methonensi regione ad Bra-*

to, <sup>48)</sup> de Pantocratore <sup>49)</sup> et de ceteris monasteriorum sive <sup>50)</sup> quibusdam villis, quae sunt imperatoris, <sup>51)</sup> scilicet de micra et megale episcepsi, <sup>52)</sup> id est de parva et magna. Pertinentia <sup>53)</sup> Nicopolis, <sup>54)</sup> cum pertinentiis de Arta, <sup>55)</sup> de Acheloo, <sup>56)</sup> de Anatolico, <sup>57)</sup> de Lechoniis <sup>58)</sup> et de

καὶ τοῖς λοιποῖς μοναστηρίοις καὶ τισὶ κώμαις, ταῖς τοῦ αὐτοκράτορος, ἤγουν τῇ μικρῇ καὶ τῇ μεγάλῃ ἐπισκέψει. Τὰ Νικοπόλεως σὺν τοῖς Ἀρτης, Ἀχελώου, Ἀνατολικοῦ, Λεχωνίων καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχονταρίων καὶ μοναστηρίων. Τὸ θῆμα Δουξάχίου καὶ Ἀρβάνου σὺν

*nam et Cantacuzenum, Graecorum dynastas, olim pertinerent, quaeque Augustae Kyraecherinae, Alexii Angeli fratricidae imperatoris filiae, dotales fuerunt. Significatur Alexius III, qui fratrem Isaacium imp. non occidit quidem, sed obcoecavit, coll. Niceta in Isaacio Angelo 3, 8 (Opp. ed. Bonn. p. 595).*

- <sup>48)</sup> *Molineti* La M 1. 2. Vox parum Graeca. An *Melibo'i*, quod alii huius indicis loco reddemus? V. notam criticam nr. 140.
- <sup>49)</sup> *Pantocratora* La; *Paulo-cortora* M 2; omisit M 1; *Depaniatota* Lp 1, quod idem erit quod *Παναγιωτάτη* (Maria).
- <sup>50)</sup> *sub* M 1; *sive* La M 2, quod elegimus.
- <sup>51)</sup> *in ipsis* La M 2; *imperatoris* M 1, ut in Thessalia *pertinentiam imperatricis* habemus. An *sub ipsis*, quod supra habuimus?
- <sup>52)</sup> *Scilicet de micra et megali episkepsi* La; *scilicet de micra et megali epicepsi* M 1; *scilicet de Mier, et Megalli Epishepsi* M 2.
- <sup>53)</sup> *Magna cum pertinentia Ricopolla* sq. jungunt La M 2; *magna cum provincia* sq. jungit M 1.
- <sup>54)</sup> *Nicopalla* La; *Ricopalla vel Nicopolla* M 1. 2; *Nicopolis* Rh.
- <sup>55)</sup> *Artha* M 1; *Arta* La M 2 Rh.
- <sup>56)</sup> *Achello* La; *Deichello* Lp 1; *Bohello* M 1; *Akello* M 2; *Achialo* Wilkenus, male.
- <sup>57)</sup> *Anatholico* M 1; *Anatolico* reliqui.
- <sup>58)</sup> *Lesianis* La M 2; *Delestarus* Lp 2; *Lesconis* M 1.

ceteris <sup>59)</sup> archontariorum <sup>60)</sup> et monasteriorum. <sup>61)</sup> Provincia Dyrhachii <sup>62)</sup> et Arbani <sup>63)</sup> cum cartularato <sup>64)</sup> de Glabinitza. <sup>65)</sup> Provincia Bagenetia. <sup>66)</sup> Provincia Joannina. <sup>67)</sup> Provincia Dry-

τῶ χαρτουλαράτῳ τῆς Γλαβι-  
νίτζης. Τὸ θέμα Βαγενετίας. Τὸ  
θέμα Ἰωαννίνων. Τὸ θέμα Δου-  
νουπόλεως. Τὸ θέμα Ἀχρίδος.  
Λευκάς καὶ Κορυφῶ.

<sup>59)</sup> *Certis* Lp 1; *ceteris* reliqui.

<sup>60)</sup> *Archondorum* La; *Archondurum* M 2; signum lacunae habet M 1. Wilkenio *archondum* (dicere debebat *archontarium* vel simile) idem esse videtur quod ἀρχονταρεῖον et ἀρχονταρίκιον (palatium). Mihi species minoris territorii esse videtur, a voce ἀρχων (*primas*, *princeps*, cett.).

<sup>61)</sup> *cum Cartolaratis* post *monasteriorum* habet M 1, reliqui post *Arbani*.

<sup>62)</sup> *Dirachii* La; *Durachii* M 2.

<sup>63)</sup> *Arbani* La M 1. 2; *Albanopolis* Rh.

<sup>64)</sup> *Conchartolaroto* La; *Concatolaroto* Lp 1; *cum Cartolorato* M 2; *cum cartularatis* Rh., qui addit: *quae Constantinopolitani imperii strategiae erant*. Bene quidem. Cuiusnam vero generis *strategiae* fuerunt? Forsan tales, quae equitatum praebere debebant, coll. voce χαρτελάριος, qui non tantum dignitatem ecclesiasticam significabat, sed etiam militarem, eratque cognatus πρωτοστράτορι (primo stabulario, Connetable), coll. Da Cang. s. v. χαρτελάριος. Cartularatum paulo inferius habebimus in Macedonia, ubi legitur: *cum cartularato . . de Droghubilia* cett.; unde hic quoque forsitan leges: *cum cartularato de Glabinitza*.

<sup>65)</sup> *Glaviniza* Lp 1 M 2; *Glavinica* La; *Clominissa* vel *Clavinissa* M 1.

<sup>66)</sup> *De Bagenetia* provincia La; *Dehagnetia* Lp 1; *Debagenetia* Lp 2; *de Vagnetia* (absque provincia) M 1; *Devagnetia* M 2. Mirum illud *de*. Scribi debebat *Provincia de* cett., quem ordinem in sequ. tenent M 1. 2.

<sup>67)</sup> *de Gianina* provincia La; *provincia de Granina* M 1 2; *Ianina* Rh.

nopolis. <sup>68)</sup> Provincia Achridis. <sup>69)</sup>  
Leucas <sup>70)</sup> et Corypho. <sup>71)</sup>

Pars prima domini Impera-  
toris. <sup>72)</sup>

A porta aurea et Blachernali  
et occidentali Steno <sup>73)</sup> usque ad  
Mediam et Agathopolim. <sup>74)</sup> Si-  
militer <sup>75)</sup> et ab ipsa civitate Bi-  
zya <sup>76)</sup> usque ad Zurulum <sup>77)</sup> et  
Theodoropolim. <sup>78)</sup>

Ὁ πρῶτος κληρὸς τοῦ κῦρ  
βασιλέως.

Ἀπὸ τῆς πύλης χρυσῆς καὶ τῆς  
τῶν Βλαχερωῶν καὶ τοῦ κατὰ δυ-  
σμάς Στενοῦ ἕως πρὸς τὴν Μή-  
δειάν τε καὶ Ἀγαθόπολιν. Ὁμοίως  
καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς πόλεως Βιζύης  
ἕως πρὸς τὸ Τζούρουλον καὶ τὴν  
Θεοδωρόπολιν.

<sup>68)</sup> *Drinopoli provincia* La; *provincia Drinopoli* M 1; *provincia de Armo-  
poli* M 2. Isne forsan invenerat *Adrianopoli*, unde sequens aevum  
*Drynopolin* fecit? De Adrianopoli (Drynopoli s. Drinopoli) Epirotarum  
v. Viam Egnatiam prolegg. p. XII sq.

<sup>69)</sup> *Achridi* La; *Acridis* M 1; *Archudae* M 2. Rhamnusius *Lychnidium*  
et *Ochridam* dicit, eamque (s. Achridam) deinceps repetit.

<sup>70)</sup> *Loutas* Lp 1; *Leucas* reliqui.

<sup>71)</sup> *Coripho* La M 1; *Corypho* M 2, qui in hac voce desinit; *Cor-  
cgra* Rh.

<sup>72)</sup> *Haec est de prima parte domini Imperatoris* La; *Pars terrarum Impe-  
ratoris de prima parte Imperii Romaniae* M 1.

<sup>73)</sup> *ab aurea urbis porta, Blachernaea, et ab occidentali stagno* (sic) Rh.

<sup>74)</sup> *midiam* (parva initiali) *et Agathopoli similiter, et . .* La; *Michram et  
Agatzopolim* M 1; *micram* conjicit Wilk.; *Midiam* omisit Rh. *Midia*  
per Jotacismum scribitur, pro *Media* (Μήδεια).

<sup>75)</sup> *Similiter et ab . .* M 1. Recte.

<sup>76)</sup> *Vizoi* La; *Vezei* M 1; *Bixia* Rh.

<sup>77)</sup> *Zurlo* La M 1; *Tzurulum* Rh.

<sup>78)</sup> *Theodoropoli* La; *Theodoropolim* M 1. Rh.

Pars secunda domini imperatoris. <sup>79)</sup>

Provincia Optimatum. <sup>80)</sup> Provincia Nicomediae. <sup>81)</sup> Provincia Tarsiae, <sup>82)</sup> Plusiadae <sup>83)</sup> et Metabolae, <sup>84)</sup> cum succoriis <sup>85)</sup> et cum omnibus, quae sub ipsis. Provincia Paphlagoniae <sup>86)</sup> et Bucel-

Ὁ δεύτερος κληρὸς τοῦ κυρίου βασιλέως.

Τὸ θέμα τῶν Ὀπτιμάτων. Τὸ θέμα Νικομηδείας. Τὸ θέμα Ταρσίας, Πλουσιιάδος καὶ Μεταβολῆς, σὺν τοῖς σουκκορίοις καὶ πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτοῖς. Τὸ θέμα Παφλαγονίας καὶ τῶν Βουκελλ-

<sup>79)</sup> Haec est de secunda parte domini Imperatoris La; Pars terrarum Imperatoris de secundu parte Imperii M 1.

<sup>80)</sup> *Optimati* La M 1; *optimatum* (parva initiali) Rh.

<sup>81)</sup> *Nicomidiae* La; *Nicomediae* M 1, qui hanc vocem habet post *Tarsiae*.

<sup>82)</sup> *Tharsiae* La; *Tarsiae* M 1; *Tarsi* Wilk., male.

<sup>83)</sup> *Plusiadae* La; *Pulsiadae* M 1. Totum locum sic exhibet Rhamnusius: . . *provincias . . oplimatum* (Optimatum), *Nicomedensem in Bithynia, Tharsensem ad Cilicas, divi Pauli patriam, Pelusiacam in Aegypto*. Male. Nempe *Tarsia* Rhamnusium in Ciliciam, ubi *Tarsus*, et *Plusias* in Aegyptum, ubi *Pelusium*, aberrare fecit.

<sup>84)</sup> *Meta nobis* La M 1; *meta vobis est* Lp 1; *Metauobis et Melanobis* Lp 2.

<sup>85)</sup> *Succoriis* La, obsequente Wilkeno; *Sochoriis* Lp 1; *successibus* M 1. Quid vero medio urbium et provinciarum loco succoria, i. e. agri et horti, ubi saccharum (σάκχαρ) plantabatur? Anne *Sangari* (*Sangario*)? Fuitque Sangarius Bithyniae fluvius perquam notus. Erit ergo Sangarius idem quod provincia, ut Maeander paulo inferius occurrit pro agro cognomine. Et plane ut noster index Sangarium et Paphlagoniam Georgius Phrantza jungit 1, 23 (p. 77 ed. Bonn.): Ἀπὸ τοῦ Σαγγάρεως ποταμῆ μέχρι Παφλαγονίας. Dicitur quoque *Sagar*, si lectio sana, apud Leonem Grammaticum in chronographia p. 326 ed. Bonn.: Ἐν τῷ ποταμῷ Σάγαρ.

<sup>86)</sup> *Peflagoniae* La; *Paphalagoniae* M 1.

lariorum. <sup>87)</sup> Provincia Oenaei, <sup>88)</sup> | *ῥῶν. : Τὸ θέμα Οἰναίου, Σινω-*  
 Sinopii et Paurae. <sup>89)</sup> Mityle- | *πίου καὶ Πανράης. Μιτυλήνη.*  
 ne. <sup>90)</sup> Lemnus cum Scyro, <sup>91)</sup> | *Ἀἴμνος σὺν τῇ Σκύρω καὶ ταῖς*

<sup>87)</sup> *Nucellarü* La; *Ucellariü* M 1; *Micellarü vel Nucellarü* M 1; *Bucellarü* Rh.

<sup>88)</sup> *Deneasmopii* La; *Deneasinopii* Lp 1, unde *Nea Sinopii* effinxit Wilkenus, male; *Nealinopu* M 1. In his istud *Deneasinopii* duplex veri semen habet. Primo *Sinope* urbs in posteriori parte monstri latet. Eandemque urbem, Ponto Euxino appositam, Rhamnusius habet his verbis: . . *hinc ad Taurum montanaque, inde ad ipsam usque Sinopem, Eupatoris patriam.* Jam quid latet in parte priori, i. e. *Nea s. Deneu?* Nil praeter *Oenaeum*. Tu lege *Oenaei et Sinopii* (Sinopae), quam utramque (et hoc non levis est momenti) etiam Nicetas jungit in Balduino Flandro sive Urbe capta cap. 16 (Opp. p. 842 ed. Bonn.): *Τὴν κατὰ Πόντον Ἡράκλειαν καὶ Παφλαγόνας . . Οἰναίς τε καὶ Σινωπέων τῆς πόλεως.* Lingua vero Graecorum vulgari ultimo Byzantinorum aevu *Sinopium* dicebatur, coll. Phrantza 1, 30 (p. 89 ed. Bonn.): *Ἀμυρᾶν* (emirum) *Σινωπίς*. Idem 1, 32 (p. 94): *Πόλιν Σινωπίς*. Idem 3, 11 (p. 308): *Τραπεζέντος καὶ Σινωπίς*. Idem 4, 19 (p. 413): *Πόλιν Σινώπιον*. Chalcocondylas libro 4 (p. 170 ed. Bonn.): *Οἱ τοῦ Σινωπίς ἡγεμόνες*. Alibi idem habet puriorem formam *Σινώπην* (p. 171. 203. 390. 485. 486. 488. 489. 494). Dicebatur etiam *Sinopi*, ut hodie, coll. Periplo Ponti Euxini octuplo (Constantinus Porphyrog. p. 41 nostrae ed.).

<sup>89)</sup> *Pabrei* La; *Babriti vel Pauriti* M 1. In *Pabrei* veri semen inesse videtur. Legendum, ni fallor, *Paurae*, coll. Cinnamo 4, 16 (p. 176 ed. Bonn.): *Οἴναιόν τε . . καὶ Πανράην, πόλεις ἄμφω Ποντικής.* Anna vero Comnena libro XI *Πανράκην* dicit p. 331 ed. Paris.: *Καὶ δὴ τὰς τε σκευὰς καὶ τὰς σκηνὰς καὶ τὸ πεζὸν ἅπαν αὐτοῦ που καταλιπόντες, τοῖς ἰδίοις ἵπποις ἐποχηθέντες* (Normanni a Turcis fugati) *ὡς εἶχον τάχους πρὸς τὰ παρὰ θάλασσαν τοῦ Ἀρμενιακοῦ καὶ τῆς Πανράκης ἕθειον.*

<sup>90)</sup> *Mitilini* La; *Mitilene vel Mitilini* M 1.

<sup>91)</sup> *Limni cum Skiro* La; *et Limine cum Straer, vel Limni cum Schiro* M 1.



et quae <sup>92)</sup> sunt infra Constanti-  
nopolin atque Abydum <sup>93)</sup> insu-  
lae, scilicet Proconnesus <sup>94)</sup> et  
cetera <sup>95)</sup> cum Strobilo. <sup>96)</sup> Sa-  
mos <sup>97)</sup> et Tenos <sup>98)</sup> cum Samo-  
thrace. <sup>99)</sup> Provincia Pylarum, <sup>100)</sup>  
Pythiorum, <sup>101)</sup> Ceramorum. <sup>102)</sup>

ὑπὸ τὴν Κωνσταντινούπολιν καὶ  
Ἀβυδὸν νήσοις, ἤγουν Προκόννησος  
καὶ τὰ λοιπὰ σὺν τῇ Στροβίλῳ.  
Σάμος καὶ Τήνος σὺν τῇ Σαμο-  
θράκῃ. Τὸ θῆμα Πυλῶν, Πυ-  
θίων, Κεράμων. Τὸ θῆμα Μα-

<sup>92)</sup> *et quae* La; *aquae* M 1.

<sup>93)</sup> *Abydum* La. Locus, qualem La et cett. habent, mancus est. Aliter Rhamnusius: .. *et, quae infra Constantinopolim atque Andrum sunt, insulas, Proconesum* etc. Ubi pro *Andrum* Rh. dicere debebat *Abydum*. Hinc lege, quod habet Rh., inter voces *infra* et *Abydum* interponens *Constantinopolim atque*. Namque Proconesus, Propontidis insula, non est *infra Abydum*, sed *infra Constantinopolim*; reliquae vero insulae (Strobilus cett.) sunt *infra Abydum*.

<sup>94)</sup> *Priconiso* La; *Praeconiso* M 1; *Proconesum* Rh.

<sup>95)</sup> *et cetera*, *Ico* La Lp 2 M 1; *et Centaico* Lp 1; *Cetracon* Rh. Lege *et cetera, cum* .. Italus indicis scriba suum *con* scribit pro *vetere cum*. Jam *cetera* idem erit quod reliquae *Propontidis* insulae, e. g. Principus (Πρίγκιπος), Prote, cett. De iis vide Nicetam in Alexio, Manuelis filio, cap. 11 (Opp. p. 326 ed. Bonn.): *τὴν Πρίγκιπον καὶ τὴν Πρώτην κ. τ. λ.*

<sup>96)</sup> *Istrovilla* La; *Istrovillam* Rh.; *Istrovillasamos* Lp 1; *Istrobidasmos* M 1. Legendum .. *Strobilo*. *Samos* cett., quo ducit Lp 1, coll. La. V. nos in explicatione nr. 57.

<sup>97)</sup> *Samos* La Rh.

<sup>98)</sup> *Tinos* La; *Thenum* (accus.) Rh.; *Tybos* M 1. Significatur insula *Τήνος*, Tenus, per itacismum *Tinus* (Tino).

<sup>99)</sup> *Samandrakio* La; *Samandrachio* M 1. Antiquam formam (Samothracem) Rh. reddidit.

<sup>100)</sup> *de Pilon* La M 1; *Pylon* Rh.

<sup>101)</sup> *de Pithion* La; *de Pilion* M 1; *Pythiam* Rh.

<sup>102)</sup> *Keramom* La; *Geramon* M 1; *Ceramum* Rh.

Provincia Malaginarum. <sup>103)</sup> Provincia Achyrai. <sup>104)</sup> Provincia Adramyttii, <sup>105)</sup> de Chliaris <sup>106)</sup> et de Pergamis. Provincia Neocastrorum. <sup>107)</sup> Provincia Mylasii <sup>108)</sup> et Melanudii. <sup>109)</sup> Provincia Laodiceae <sup>110)</sup> et Maeandri, <sup>111)</sup> cum pertinentia Sampson <sup>112)</sup> et Samachii, <sup>113)</sup> cum Contostepha-	λαγνων. Τὸ θέμα Ἀχνοράους. Τὸ θέμα Ἀδραμυττιου, Χλιαρῶν καὶ Περγάμων. Τὸ θέμα Νεοκάστρον. Τὸ θέμα Μυλάσσου καὶ Μελανουδίου. Τὸ θέμα Λαοδικείας καὶ Μαιάνδρου, σὺν τοῖς τοῦ Σάμψωνος καὶ Σαμαχίου, καὶ τοῖς Κοντοστε-
--	--

<sup>103)</sup> *Mallagini* La; *Malagini* M 1; *Mallaginem* Rh.

<sup>104)</sup> *Achirai* La; *Achirari vel . . .* M 1. Omisit Rh.

<sup>105)</sup> *Atramiitii* La; *Atramiini* M 1; *Atramytenum* (regionem) Rh.

<sup>106)</sup> *Chilariis* La; *Dechliarus* Lp 1; *Chilaris* M 1; *Chiliarum* Rh.; *Chilaria* Wilk., male.

<sup>107)</sup> *Neocastri* La M 1 Rh.

<sup>108)</sup> *Milasi* La; *Milassi* M 1; *Mylasenam* (regionem) Rh.

<sup>109)</sup> *Milamedi* La; *Melanidoi* Lp 1; *Melachmundi* M 1; *cum Mileto* Rh., obsequente Wilkeno. Melanodium (ut scribi debet) illustravimus in priori libello pag. 99, expl. nr. 76.

<sup>110)</sup> *Laodikie* La; *Laodiceae* M 1; *cum Laodicea* Rh.

<sup>111)</sup> *Meandri* La M 1; *ad Maeandrum* Rh.

<sup>112)</sup> *Sampson* La M 1; *Lampsacum* Rh., obsequente Wilkeno. Lampsacus tamen, Propontidi apposita, a Maeandro satis distat, neque omnino antecedentis terrae *pertinentia* dici poterat. Immo erat *civitas*.

<sup>113)</sup> *Samakrii* La; *Smaliicum* M 1; *Samachii* Wilk. et nos duce Rhamnudio Locus incognitus.

natis, <sup>114</sup>) cum Camytzatis <sup>115</sup>) et ceteris, atque <sup>116</sup>) Chio.

Pars prima Peregrinorum. <sup>117</sup>)

Provincia .. micra et megale .. Brysis. <sup>118</sup>) Pertinentia Daonionum. <sup>119</sup>) Civitas Pamphyli <sup>120</sup>)

φανάτοις τε καὶ Καμυτζάτοις καὶ τοῖς λοιποῖς, καὶ τῇ Χίῳ.

Ὁ πρῶτος κλῆρος τῶν ξένων.

Τὸ θῆμα .. ἡ μικρὰ καὶ ἡ μεγάλη .. Βρύσις. Τὰ Δαονίων. Παμφύλου πόλις, σὺν πᾶσι τοῖς

<sup>114</sup>) *Contostephenalis* La; *Cogtoste Phanasis* M 1; *Samachium insuper cum strategiis (contostephanatus et camyzatus Graeci vocant)* Rh. Harum denominationum causae et rationes me latent, ut tot alia. Nobilium virorum Byzantinorum nomina sunt Contostephani et Camytzae. De Contostephanorum familia v. Du Cangium in stemmate Comnenico (familiae orientales), eundem ad Cinnamum p. 337 ed. Bonn. Camytzarum vero nomen tum alibi occurrit, tum apud Nicetam (in indice edit. Bonn.) atque Eustathium (Opuscc. p. 285, 20).

<sup>115</sup>) *Camizatis* La; *Canuzatis* M 1.

<sup>116</sup>) *atque* La Rh.; *absque* M 1, addens: *al. atque.*

<sup>117</sup>) *Haec est de prima parte peregrinorum* La; *Pars terrarum Peregrinorum, de prima parte Imperii Romaniae* M 1.

<sup>118</sup>) *Macri et Megali Brissi* La; *Megalibriffi* Lp 1; *Megali brisci* M; omisit Rh.; *micra* (pro *macri*) conjicit Wilk., quanquam in geographia Byzantina unam tantum urbem, nomine *Brysis*, invenio, non duplicem (minorem et maiorem). Duplicem vero *episcepsin* (ἐπίσχεψιν) s. *pertinentiam*, sc. maiorem et minorem, supra vidimus in Peloponneso. Mihi locus mutilatus videtur, et sic fere scribendus: *Provincia \*\* micra et megali \*\* Brysis.*

<sup>119</sup>) *Gehenna* La Rh.; *Geenua* M 1. Erat, cum *Ganos* (*Gani*) malle, quod tamen supra habuimus. An *Daonium* (*Daonii*)? Leo Grammaticus p. 139 ed. Bonn.: *Ἐν τῷ Δαονίῳ.* Nicetas in Urbe capta (p. 815 ed. Bonn.): *Τῶν Δαονιῶν.* Idem ibid. p. 831: *Εἰς τὸ Δαόνιον.* Fuit Selybriae vicinum, quod in priori libello illustravimus, ubi Daonii mentio occurrit (pag. 76.).

<sup>120</sup>) *Panfili* La M 1; *Pamphylum* Rh.

cum omnibus, quae sub ipsa. *Pertinentia Cule.*<sup>121)</sup> *Civitas Apri* cum omnibus, quae sub ipsa. *Didymotichus*<sup>122)</sup> cum omnibus, quae sub ipso. *Pertinentia de Cypselis.*<sup>123)</sup> *Pertinentia de Garella.*<sup>124)</sup> *Pertinentia de Cedocto.*<sup>125)</sup> *Pertinentia de Vera.*<sup>126)</sup> *Pertinentia de Macra*<sup>127)</sup> et *Trajanopoli*, cum *casali de Bracone.*<sup>128)</sup> *Pertinentia Tzympe*<sup>129)</sup> et *Pagandi*,<sup>130)</sup> cum omnibus, quae sub ipsa. Per-

ὕπ' αὐτῆς. Τὰ Κούλη. Ἄπροι πό-  
λις σὺν πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτῆς. Δι-  
δυμότειχος, σὺν πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐ-  
τῶ. Τὰ Κυψέλων. Τὰ Γαρέλ-  
λης. Τὰ Κηδόκτου. Τὰ Βήρας.  
Τὰ Μάκρας καὶ Τραϊανοπόλεως,  
σὺν τῶ Βράχωνος μετοχίω. Τὰ  
Τζύμπης καὶ Παγάνδου, σὺν πᾶσι  
τοῖς ὑπ' αὐτοῖς. Τὰ Μαδύτων,

<sup>121)</sup> *Tuli* La; *Culi* Lp 1; *Tulbi* M 1. Lege *Culi*. V. nos in explicatione nr. 72.

<sup>122)</sup> *Didymochium* La; *Didimochium* M 1; *Didymoticum* Rh.

<sup>123)</sup> *Kipsalis* La; *Cypsalis* M 1; *Cypsellam* Rh.

<sup>124)</sup> *Garelli* La M 1; *Zarellos* (acc. pl.) Rh.

<sup>125)</sup> *Lobuecho* La; *Lebuccho* Lp 1; *Tetucito* M 1; *Lobizum* Rh., obsequente Wilkeno. Prope Constantinopolin et Garellam talis nominis urbem (Lobizum) nondum inveni, sed in Haemo (Balkano), coll. Niceta in Isaacio Angelo 2, 1 (Opp. ed. Bonn. p. 521). Hinc lego *Cedocto*, quo ducit corruptum licet *Tetucito* M 1, coll. nobis in explicatione nr. 77. Alia vide paulo inferius, nota 128.

<sup>126)</sup> *Bira* La Rh.; *Hera* M 1.

<sup>127)</sup> *Macri* La; *Macri de Garelli* M 1; *Macram* Rh.

<sup>128)</sup> *cum casalio de Brachon* La; *Debtacho* Lp 1; *cum casali de Brachon vel Brato* M 1; *cum vicis (casalia vocant) Braconis, et quae ad Cyzicum trans Propontidem pertinerent* Rh. Quae de *Cyzico* Rh. habet, ea ex male ibi forsitan lecto *Cedocto* hausisse videtur. Rhamnusium puto pleniore codice usum.

<sup>129)</sup> *Scifis* La; *Scyfis* M 1; omisit Rh. ut sqq.

<sup>130)</sup> *Pagadi* La; *Pagandi* M 1.

tinentia Madyti,<sup>131)</sup> cum omnibus, quae sub ipsa. Megalotichos,<sup>132)</sup> cum omnibus, quae sub ipso, id est Anafartus,<sup>133)</sup> Tinsaccos,<sup>134)</sup> Iplagia,<sup>135)</sup> Potamia<sup>136)</sup> et Acros,<sup>137)</sup> cum omnibus, quae sub ipsa. Pertinentia de Phytoro.<sup>138)</sup> Pertinentia de Galavatone.<sup>139)</sup>

σὺν πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτῶ. Μεγαλό-  
 τειχος, σὺν πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτῶ,  
 ἤγουν Ἀνάπαρκτος, Τούνσακκος,  
 Πλαγία, Ποταμία καὶ Ἄκρος, σὺν  
 πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτοῖς. Τὰ Φυτώ-  
 ρου. Τὰ Γαλαβατώνος. Μελίβοτον.

<sup>131)</sup> *Maditi* La; *Madit* M 1.

<sup>132)</sup> *Icalotichas* La; *Ichaloticha* M 1. Malim *Megalotichus*, vel simile. Vide nos in explicatione nr. 81.

<sup>133)</sup> *Anafartus* La; *Anafartur* M 1. Eratne in Graecis forma quaedam Ἀνάπαρκτος, vel Ἀνάφθαρκτος (Ἄφθαρκτος)? Alii de *Anaphe* (*Nanfi*, prope Cretam) cogitabunt, quam ibi cum aliis insulis habet Rh. Verum narrandi contextus, ni locus mutilatus est, in Chersonesum Thracicam nos ablegat. *Anaphe* autem insula mirum quantum hinc distat, coll. Rhamnusio deinde citando, nr. 136. Adde Forbigerum in *Handb. der alten Geographie* T. 3, p. 1030.

<sup>134)</sup> *Tinsaccos* La; *Tuisaccos* Lp 1; *Tynsalos* M 1.

<sup>135)</sup> *Iplagia* La; *Yplagia* M 1; *Hiplagia* Rh., obsequente Wilkeno. Verum istud *Hiplagia* non est Graecum.

<sup>136)</sup> *Potamia* La M 1; *Pathmus* (l. *Patmus*) Wilk., sc. ex Rhamnusio, qui haec habet: „*Insulas praeterea Cretici maris inter Sporadas Anaphen. . . et Aegaei ex Cycladibus Ion* (Icon?) . . *Tuisaccum . . Hiplagiam, Patmon divi Ioannis exilio nobilem.*“ Verum noster locus secundum reliquos codices de terra continenti agit, et quidem de Chersoneso Thracica.

<sup>137)</sup> *Aacros* La; *Aatios* Lp 1; *Acros* M 1, quod elegi ut magis Graecum.

<sup>138)</sup> *Phitoto* La; *Deplitoto* Lp 1; *Plilothi* Rh., obsequente Wilk.; *Phitoro* M 1, unde *Phytoro* feci, ut magis Graecum. Locum ipsum nondum inveni, ut nec antecedentes.

<sup>139)</sup> *Galatanoni* La; *Degalauaton* Lp 1; *Glavatonis* Rh., obsequente Wilkeno et me. Locus mihi incognitus.

<p>Melibotum. <sup>140)</sup> Pertinentia de Hyelocastellio. <sup>141)</sup> Pertinentia Selybria. <sup>142)</sup> Catepanicum de Aeno cum apothecis. <sup>143)</sup> Catepanicum de Rusio, <sup>144)</sup> cum omnibus, quae sub ipso, et pertinentia de Agriovivario. <sup>145)</sup></p>	<p>Τὰ Ὑελοκαστελλίου. Τὰ Σελυβρίας. Αἶνον κατεπανίκιον, σὺν ταῖς ἀποθήκαις. Ῥουσίου κατεπανίκιον, σὺν πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτῶ, καὶ τὰ Ἀγριονιβαρίου.</p>
---	---

- <sup>140)</sup> *Molinoto* La; *Moliuoto* Lp 1; *Milinoro* M 1; *Moliboti* (genit.) Rh. Lege *Meliboto*, duce Niceta, coll. nobis in explic. nr. 82.
- <sup>141)</sup> *Iabo castelli* La; *Gallocastelli* M 1; *Hyalo castelli* Rh., obsequente Wilkeno. Lege *Hyelocastellio*, duce Niceta, Rh., et v. nos in explic. nr. 83.
- <sup>142)</sup> *Siroleskri* La; *Siroleski* Lp 1. 2; *Sitoleuchi* M 1; et quae ad *Syrolefbria pertingunt* Rh. Quidni *Selybriae*? Ea enim, quod mireris, in toto indice non conspicitur. Quamquam sic *Selybria* extra narrandi ordinem (quod tamen modo fecit index) memoratur, eamque jam alio loco Rh. memoravit. Anne igitur *Silla*, *Leuce*? Quo ducit *Sitoleuchi* M 1. Utrumque vero (*Σίλλα*, *Λευκή*) Strabo in fragmentis libri VII habet (p. 38 nostrae editionis). Sed multas vetustissimorum nominum reliquias noli in geographia Byzantina exspectare.
- <sup>143)</sup> *Catepanicum de Eno cum apothicis* La; *Catepanichium* Lp 1; *Carepanichiu*, de *Eno cum apothicis* M 1; *Aeni* .. *catapanichium* Rh.
- <sup>144)</sup> *Catepanikium de Russa* La; *Catepanicum de Russa* M 1; *cum catapanichio urbis Rusianae* Rh. Graeci *Ῥέσιον* dicebant, quod textui reddidimus.
- <sup>145)</sup> *Agriovivario* La; *Agriovivario* Lp 1 Rh.; *Agriovivario* M 1. Locus incognitus. Occurrit veterum ibi fluvius *Agriunes*. Verum is medio aevo *Regina* cett. dicebatur, coll. nobis in Constantino Porphyrogenito praefat. pag. XXVIII.

Pars secunda Peregrinorum. <sup>146)</sup>

Provincia Vardarii. Provincia Berrhoeae, <sup>147)</sup> cum cartularatis tam de Drogubitia, quam de Sclavitzza. <sup>148)</sup> Pertinentia Gyrocormii. <sup>149)</sup> Pertinentia Platamo-

Ὁ δεύτερος κλήρος τῶν ξένων.

Τὸ θέμα Βαρδαρίου. Τὸ θέμα Βερόόλας, σὺν τοῖς χαρτουλαράτοις τῆς τε Δρογουβιτίας καὶ τῆς Σκλαβιτῆς. Τὰ Γυροκομίου. Τὰ Πλαταμῶ-

<sup>146)</sup> *De secunda parte peregrinorum* La; *Pars terrarum Peregrinorum de secunda parte Imperii Romaniae* M 1.

<sup>147)</sup> *Verge* La; *Veriae* Lp 1; *Voriae* M 1; *provincia Vardarii . . cum Berrhoea provincia* Rh. Ubi Rh. scribere debebat *Berrhōa*.

<sup>148)</sup> *cum cartularatis Tandobrochuiisti, quae et Sthlanitza* La; *Tandrobocubitsi, quae et Sclaniza* Lp 1; *provincia cum Cartularis, tumen . . Voriue Clavizza est Panica* M 1; *cum cartularatis et despotiis tam de Brocubisti, quam de Flecaniza* Rh. Lege *cum cartularatis tam de Drogubitia, quam de Sclavitzza*. Illam (Drogubitiam s. Drugubitiam), Axio et Berrhōae intermediam, illustravi in Thessalonica p. LXXII. 59. 252; posteriorem formam (Sclavitzam) in Peloponneso quoque deprehendimus, coll. G. Phrantza 2, 8 (p. 146 ed. Bonn.): *Μέχρι τῆς Σκλαβιτῆς καὶ Τεριούλας*. Unde vero, ut hoc annotem, in Morea *Terioli*? Habuitne ibi pristino Romanorum aevo stationem suam cohors seu vexillum ex montana illa regione, nomine *Tirol*? Et vocem *Terioli* Itineraria norunt. Nomina sua Romanorum legiones transposuerunt in terras remotissimas, coll. Notitia dignitatum locis plurimis.

<sup>149)</sup> *Gyrocomioce* La; *Gyrocomice* Lp 1; *Giro Comio* M 1; *Gyrocomicem* Rh. Lego *Gyrocomii*, a γῦρος et κόμη, ni in isto *comice* forma Slavica latet. Et cum voce γῦρος alia quoque nomina, locum significantia, jungi nota res est. Sic portam *Γυρολίμνην* urbs Cpolis habuit, coll. Niceta in Alexio Isaacii fratre, 3, 10 (Opp. p. 720 ed. Bonn.). Eam vero vocem e vocibus ἀργυρὰ λίμνη contractam putabant, coll. Wilkeno in Kreuzz. T. 5 p. 222, nota 82 ibique cit. Anna Comnena p. 294 ed. Bonn. Similiter nostrum nomen ex *Δρογουκομίου* contrahi poterat.

nis. <sup>150</sup>) Provincia Molysci et Moglenorum. <sup>151</sup>) Provincia Prilapi et Pelagoniae cum Stano. <sup>152</sup>) Provincia Prespae <sup>153</sup>) et Dodecanesus. <sup>154</sup>) Horium <sup>155</sup>) Larissae. <sup>156</sup>) Provincia Blachiae, <sup>157</sup>) cum personalibus et monasterialibus in ea existentibus. Provincia <sup>158</sup>) Serviorum. *Τὸ θέμα Μολύσκου καὶ Μογλένων. Τὸ θέμα Προλάπου καὶ Πελαγονίας, σὺν τῷ Στανῶ. Τὸ θέμα Πρέσπης καὶ Δωδεκάνησος. Τὸ ὄριον Λαρίσσης. Τὸ θέμα Βλαχίας, σὺν τοῖς τῶν τε προσώπων καὶ τῶν μοναστηρίων ἐν αὐτῶ*

<sup>150</sup>) *Platamonas* La Rh.; *Platomaleas scilicet Platomonis* M 1.

<sup>151</sup>) *Moliscii et Meglenon* La; *Moliscu et Mezclenon* Lp 1; *Molistis et Meglenon* M 1; *Molisci et Smolenorum* Rh. Posterius male. Etenim Smolena prope Philippos et Cavalam montemque Pangaeum quaerenda sunt, coll. Niceta in Alexio, Isaacii fratre, 3, 2 (p. 680 ed. Bonn.): *Καὶ πρὸς τὸ ὄρος τὸ Πάγγαιον καὶ ἐπ' Ἀβδηρα . . Ἀμέλει καὶ τὸ θέμα τῶν Σμολένων ὑπεποιήσατο καὶ τὰ ἄμμορα ἐπενέμετο.* Quae sic habet codex Nicetae B.: *Ἄλλὰ καὶ τὸ θέμα τὸ τῶν σμολαίνων (l. Σμολαίνων) προσέπεσε καὶ ὑπετάγη αὐτῶ (l. αὐτῶ), καὶ τὰ περὶ τὸν Πάνακα (l. Πάνακα) ποταμὸν πλησιάζοντα χωρία.* Ibidem 3, 7 (p. 708): *Τὴν ἀρχὴν τῶν Σμολένων κ. τ. λ.* De Panace fluvio inter Philippos et Amphipolim v. nos in Thessalonica p. 498 et in Via Egnatia comment. II, p. 15; de Smolenis (Smolaenis) ibid. p. 15. De Moglenis nostris v. quoque Zonaram 18, 22, qui in hanc urbem ab imperatore Graeco Patzinacitas captivos transpositos fuisse narrat.

<sup>152</sup>) *Stano* La; *Stagno* M 1. Illud elegi, coll. explicatione, nr. 90.

<sup>153</sup>) *Presepe* La; *Preseppet* M 1; *Prespae* Rh.

<sup>154</sup>) *Dodecanisus* La; *Dodecanisos* M 1; *Diodetonisi* (sc. provincia) Rh.

<sup>155</sup>) *Orium* La M 1; *Oreus, Larissae* Rh., qui posteriorem cum Larissa Cremaste (pensili) confundit. In forma *Oreus* idem de *Oreo* Euboeae cogitaverit.

<sup>156</sup>) *Larissae* La; *Larillae* M 1.

<sup>157</sup>) *Blachiae* La; *Oladriue* M 1.

<sup>158</sup>) *Servion* La; *Siervion* M 1. Rhamnusius hanc Macedoniae inferioris



riae.<sup>159</sup>) Provincia Deaboleos.<sup>160</sup>) οὖσιν. Τὸ θέμα Σεοβίων. Τὸ  
 Pertinentia imperatricis,<sup>161</sup>) sci- | θέμα Καστορίας. Τὸ θέμα Δεα-  
 licet Bessena.<sup>162</sup>) Pharsala.<sup>163</sup>) βόλεως. Τὰ τῆς βασιλλοσης, ἡ-

urbem cum provincia s. principatu hodiernae Serviae ad Danubium confundit.

<sup>159</sup>) *Castoriae* La Rh.; *Castoreae* M 1. Post *Castoriae* Rh. addit: *Tricca demum, Achrida et Deabolis*; quanquam Achridam jam supra memoravit.

<sup>160</sup>) *De Anoleos* La; *de Auoleos* Lp 1; *de Aucleos* M 1; *Deabolis* Rh.

<sup>161</sup>) *Pertinentia Imperatricis* La, et sic quidem (si recte omnia Wilkenus reddidit), ut sit nova inscriptio (septima) alius partis terrarum, inter Latinos divisarum; *Inperanicis* M 1. Wilkenus Muratorium notat, qui haec verba de singulari provincia intelligat. Recte tamen Muratorius. Ex mente enim Wilkeni imperatrix de conjuge Balduini (Maria) intelligenda erit, quod nemini probabitur, cum Maria Cpolin nunquam viderit, sed eodem tempore, quo maritus ejus Balduinus regnum Graecorum sibi subjecit, anno 1204 in Syria diem supremum obierit (Wilken. Kreuzzüge T. 6, p. 13 ibique not. 31—34). Corpus ejus Cpolin translatum fuit (Wilken. l. c.). Immo post *Deaboleos* uno scribendi tenore pergendum est. Imperatrix memorata fuerit conjux ultimorum alicujus Angelorum, forte Alexii III. Namque sic plane prior libellus (pag. 29) episcopes quosdam enumerat, quae erant Augustae (conjugis Alexii III, imperatoris Graeci). Similiterque Anna Comnena libro 9, 5 (Ed. Bonn. T. 1 p. 442) Mariae imperatricis praedia (ἀγροὺς) habet, juxta Cavalam (Christopolim), Macedoniae urbem maritimam, posita. Deinde si imperatrix Latina spectabatur, pro *pertinentia* scribi debebat *pars*. Ipseque noster libellus in Peloponnesi mentione agros memorat, quae erant Irenae, Alexii III filiae. Postremo finem nostri indicis (*Pertinentia imperatricis . . . Megaton* s. *Megarorum*) in La manus alia addidit; desunt in Lp 2 (libro Factorum 2).

<sup>162</sup>) *Vesla* La; *Vescena* Lp 1; deest in M 1.

<sup>163</sup>) *Fersala* La; *Ferfalla* M; *Pharsalum* Rh.

Domocus.<sup>164)</sup> Sibictus. Duo<sup>165)</sup> γουν Βεσσηγη. Φάσσαλα. Δο-  
 Almyri,<sup>166)</sup> cum Demetriade.<sup>167)</sup> μοκός. Σίβικτος. Αί δύο. Ἀλμυ-  
 Pertinentia Neopatrarum.<sup>168)</sup> Προ- ροί, σὺν τῇ Δημητριάδι. Τὰ Νεοπα-  
 vincia Belegezitiae.<sup>169)</sup> Pertin- τρωῶν. Τὸ θέμα Βελεγεζίτιας. Τὰ  
 nentia Petriorum,<sup>170)</sup> Celliae,<sup>171)</sup> Πετρίων, Κελλίας, Διποτάμου, Γα-  
 Dipotami,<sup>172)</sup> Galazorum,<sup>173)</sup> λάζων, Σταγοί, καὶ Ῥαδοβίσδιον.

- <sup>164)</sup> *Domotos* La; *Doniochos* M 1.  
<sup>165)</sup> *Niuctudua* La; *Reucitadia* Lp 1; *Revos*, *Tadria* M 1. In *Niuc'udua* latet *Σίβικτος* (*Sibicti*) et *duo*, quod posterius construe cum *Almeri* (*Almyri*). De Sibicto v. nos in explicatione, nr. 94.  
<sup>166)</sup> *Almericum* La Rh.; *Almericon* M 1. Lege *duo Almyri cum* . .  
<sup>167)</sup> *Demetriad* La; *Demetriadha* Lp 1; *Demetriada* Rh.; *de Metriadimo* M 1.  
<sup>168)</sup> *Neopaton* La; *Meopatron* Lp 1; *Neopatron* M 1; *Neopatron* Rh. Verum ex his est *Neopatron* (*Νεοπατρῶν*), gen. plur. a *Νεοπάτριαι*.  
<sup>169)</sup> *Velechatiae* La; *Velechataiae* Lp 1; *Velicati* . . . . M 1; *provincia Velechatina* Rh.  
<sup>170)</sup> *Petrton* La; *Petron* Lp 1; *Penion* M 1; *Petriopolitanam provinciam* Rh.; *Petrimon* Wilk. Locus nostri indicis genitivo plurali vel *Πετρίων* Graece sonabat, vel *Πετρίων*. In Magnesia monasterium S. Joannis Praecursoris *Νέα Πέτρα* s. *Πέτρα* saepius memoratur, coll. diplomate Graeco despotarum (dynastarum) Epiri apud Pasinum in catalogo codd. mss. bibliothecae Taurinensis T. I. p. 417 sqq. Locum *Πέτρα* (τὰ) Cpolis quoque habuit, coll. Niceta in Alexio, Isaacii fratre, 3, 10 (ed. Bonn. p. 721); locumque *Πέτριον* (τὸ) ibidem, coll. Nicephoro Bryennio 3, 25. p. 126 ed. Bonn.  
<sup>171)</sup> *Viels* La; *Viels* Lp 1, si recte legit Wilkenus, ut ipse addubitat; *videlicet* M 1. Velim *Kelliae*, coll. iis, quae de hoc Ossae loco in Thessalonicensibus exposui p. 490 ibique nota \*\*). Adde nos in explicatione, nr. 106.  
<sup>172)</sup> *Dipotamos* La; *Dipotami* Rh.; *de Potamo* M 1. De hac v. nos in explicatione, nr. 99.  
<sup>173)</sup> *Calacon* La; *Calacum* Lp 1; *Calaneo pagii* cett. M 1; *Calaci* Rh. Lego *Galaxon* (*Galazorum*, *Γαλάζων*). V. explicationem, nr. 100.

Stagi, <sup>174</sup>) et Radobisdium. <sup>175</sup>) | Τὸ δριον Ἀθηνῶν σὺν τοῖς Με-  
 Horium <sup>176</sup>) Athenarum cum per- | γάρων.  
 tinentia Megarorum. <sup>177</sup>)

- 
- <sup>174</sup>) *Pazi* La; *Pacina* Lp 1; *pagii* M 1; omisit Rh. In *pagii* mihi *Stagi* (Σταγοῖ) latere videtur. V. nos in explicatione, nr. 101.
- <sup>175</sup>) *Vadousidon* La; *Rodovisidum* Lp 1; *Radusedim* M 1; omisit Rh. Lego *Radobisdium* (Radovitsch), coll. explicatione, nr. 102.
- <sup>176</sup>) *ortus* La; *horum* Lp 1; *portus* M 1; *Oreum* Rh.; *hortus* Wilk. Scripsi *horium* (δριον), coll. explicatione, nr. 104. Adde priorem libellum, explic. nr. 15, pag. 44.
- <sup>177</sup>) *Megaton* La; *Megatoui* Lp 1; *Megaron* M 1; *Megarenses* Rh. Ex his verum est *Megaron*, i. e. Μεγάρων, a Μέγαρα. Rarissima vero Megarensium apud scriptores Byzantinos mentio esse videtur. Inveni post Hieroclem (sec. VI) duos de illis locos, non plures. Nicephorus Gregoras (sec. XIV) 7, 7 (Ed. Bonn. p. 252): Λοκρῶν καὶ Φωκέων καὶ Μεγαρέων. Chronicon breve barbarograecum (sec. XVI), ad calcem Ducae p. 516 ed. Bonn.: Τὰ Μέγαρα (l. Μέγαρα) καὶ τὸν πύργον τοῦ Μυλοποτάμου.

# Explicatio.

---

## Argumentum.

1. Arcadiopolis. Mesene. Bulgarophygun. 2. Pyrgi. Nicodemus. 3. Heraclaea. 4. Chalcis. 5. Rhaedestus. 6. Panium. 7. Adrianopolis. 8. Ganus.
  9. Chortocopolis. 10. Chotricus. Cerasia. 11. Myriophytum. 12. Peristasis.
  13. Branchialium. 14. Raulata. 15. Hexamilium. 16. Saguda. 17. Callipolis.
  18. Laccus. 19. Muntana. 20. Sigopotamus. 21. Calabrita. 22. Ostroba.
  23. Oreus. 24. Andros. 25. Colurus. 26. Cyclades. 27. Nisia. 28. Patrae.
  - Methone. 29. Brana. 30. Alexius imperator. 31. Melibotum. 32. Nicopolis.
  33. Arta. 34. Achelous. 35. Anatolicum. 36. Lechonia. 37. Dyrrhachium.
  38. Arbanum. 39. Glabinitza. 40. Bagenetia. 41. Drynopolis. 42. Stenum.
  43. Media. Agathopolis. 44. Bizya. 45. Tzurulum. Theodoropolis. 46. Optimates.
  47. Tarsia. 48. Plusias. 49. Metabole. 50. Succoria. 51. Paphlagonia.
  - Bucellarii. 52. Oenaeum. Sinope. Pauraë. 53. Mitylene. 54. Lemnus. 55. Scyrus.
  56. Abydus. 57. Strobilus. Samos. Tenus. 58. Samothrace. 59. Pylae.
  - Pythia. 60. Cerama. 61. Malagina. 62. Achyraus. 63. Adramyttium. 64. Chliara.
  65. Pergamus. 66. Neocastra. 67. Mylassus. Melanudium. Laodicea. Maeander.
  68. Sampson. Samachium. Contostephanata. Camytzata. 69. Brysis.
  70. Daonium. 71. Pamphylum. 72. Cule. 73. Apros. 74. Didymotichus.
  75. Cypsela. 76. Garella. 77. Cedoctus. 78. Vera. Macra. Traianopolis. 79. Tzympe.
  80. Madytus. 81. Megalotichus. 82. Melibotum. 83. Hyelocastellium. 84. Aenus.
  85. Rusium. 86. Bardarius. 87. Berrhoea. 88. Drogubitia. Sclavitza. Gyrocomium.
  89. Platamo. Molyscus. Moglena. Prilapus. Prespa. Pelagonia. 90. Stanum.
  91. Dodecanesus. 92. Larissa. 93. Blachia. Servia. Castoria. Deabolis.
  - Pharsala. Domocus. 94. Bessena. 95. Sibictus. 96. Neopatrae. 97. Belëgezitia.
  98. Petria. 99. Cellia. 100. Dipotamus. 101. Galaza. 102. Stagi. 103. Radobistium.
  104. Athenae. 105. Megara.
-

1.

### Arcadiopolis. Mesene. Bulgarophygam.

De his urbibus v. explicationem prioris libelli nr. 56. 57. 58. pag. 78—81.

2.

### Pyrgi. Nicodemus.

Nomina mihi incognita. Posterior vox sanctum Nicodemum spectare videtur; Graeci enim urbibus suis e Sanctis nomina dare solebant. Et forma *Pyrgi* in Itinerariis nonnunquam occurrit. Nil tamen decerno. Dedi formam soni antiqui, meliores codices expectans.

3.

### Heraclaea.

Urbs Propontidi apposita, ex occidente Selybriae. Strabonis fragmenta libri VII Palatino-Vaticana (p. 38 nostrae editionis): Πέρινθος, εἶτα Σηλυβρία. Perinthus antea dicebatur. Zosimus 1, 62 (ed. Bonn. p. 54): Πέρινθον, ἣ νῦν Ἡράκλεια μετωνόμασται. Genesius libro II sive in Michaële Amoriensi (ed. Bonn. p. 45): Ἡράκλεια, ἣ πάλαι Πέρινθος καλουμένη. Theophanes continuatus libro II (in eodem imperatore, cap. 20 pag. 71 ed. Bonn.): Κατὰ Θράκην πόλεις παράλιαι, τό τε Πάνιον καὶ Ἡράκλεια. Idem p. 614 in Leone Armenio (cap. 9): Εἰς Σηλυβρίαν .. Δαώνην (l. Δαόνιον) κάστρον ..

τὴν πόλιν Ἡράκλειαν. Cedrenus ed. Bonn. T. I. p. 615: Ἐν Ἡρακλείᾳ τῆς Θράκης. Ubi significatur regnum Zenonis. Idem T. II. p. 90: Αἱ παράλιοι τῆς Θράκης πόλεις, τὸ τε Πάριον (l. Πάνιον) καὶ ἡ Ἡράκλεια. Scylitza ibid. p. 729: Τὴν Ἡράκλειαν ἐδήλωσε. Glycas parte IV (ed. Bonn. p. 462): Τῆς κατὰ Θράκην Ἡρακλείας. Ubi nota, Thraciam huic urbi apponi solere, ut distinguatur ab alia Heraclea, Ponti (Ποντοηράκλεια). Georgius Acropolita cap. 13 (ed. Bonn. 25): Τὴν Ἡράκλειαν, τὸ Πάνιον, τὴν Ῥαιδεστόν. Ephraemius in Caesaribus versu 7813 ed. Bonn.: Ἡράκλειαν καὶ Σηλυβρίαν. Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 7, 11 (ed. Bonn. T. 2. p. 586) incolas Heracleae combustae Selybriam concessisse narrat. De Heraclea multus est Cantacuzenus, scilicet 1, 25. 26. 28. 40. 3, 68. 70. 71. 77. 4, 28. 29; semel eam Perinthum dicit 3, 28. Et hic quidem scriptor gravissimus de seculis XIII, XIV agit. Secula XIV, XV tangit Ducas cap. 14 (ed. Bonn. p. 46): ἐν Σηλυβρίᾳ . . Δάνειον (l. Δαόνιον) καὶ Ἡράκλειαν, Ῥαιδεστόν τε καὶ Πάνιον (i. e. Πάνιον). Vetus Perinthis nomen etiam Nicetas tenuit in Balduino Flandro p. 831 (Opp. ed. Bonn.): εἰς Πείρινθον. Neque aliter Nicephorus Gregoras 14, 3 (ed. Bonn. p. 702); idem cap. 5 (p. 708), cap. 6, eamque Πείρινθον dicit, ut Cantacuzenus supra citatus.

## 4.

## Chalcis.

Urbs Propontidi (puto) apposita. Eam praeter nostrum libellum apud solū Leonem imperatorem invenio in indice ecclesiarum, throno patriarchae Cpolitani parentium (Constantinus Porphyrogenitus nostrae editionis pag. 46): „III. Τῶ Ἡρακλείας, Θράκης καὶ Μακεδονίας (subsunt seqq. episcopi) . . ὁ Περιστάσεως, ὁ Χαριονπόλεως, ὁ Χαλκίδος, ὁ Δαονείου (l. Δαονίου) κ. τ. λ.

## 5.

## Rhaedestus.

Romanis (siquidem Itinerariorum lectio sana) *Resisto*, coll. Wesseling. ad Itiner. p. 176. 332; Turcis *Rodosto*, *Rodostschik*; Godofredo Ville-Harduino, quem ad annotationem nonam citabimus, *Rodestoc*. Thraciae urbs, ut antecedentes Propontidi apposita. Cedrenus ed. Bonn. T. 2. p. 393: *Κατὰ τὴν Ῥαιδεστόν*. Idem p. 564: *Πολιορκῆσαι τὴν Ῥαιδεστόν*. Postero tempore terrae motus eam male habuit, teste Scylitza (Cedrenus T. II. p. 657): *Τὰ ὅμοια ... πεπόνθασιν Ῥαιδεστός τε καὶ Πάνιον καὶ τὸ Μυριόφυτον*. Idem ibid. p. 729: *Οἱ .. Ῥαιδεστηνοὶ .. κατὰ τοῦ Πανίου ἐξωρμηκότες*. Initio saeculi XIII (post annum 1204) Bulgari eam evertunt, coll. G. Acropolis cap. 13 (ed. Bonn. p. 25 sq.): *Τὸ Πάνιον, τὴν Ῥαιδεστόν* z. τ. λ. Ephraemius in Caesaribus versu 6198 (de Isaacio Angelo). Idem v. 7814 (de Bulgaris eversoribus). Posthac saepius memoratur. Videantur G. Pachymeres in Andronico Palaeologo 7, 4. 11. 21. 22. 27. 32. Cantacuzenus 1, 27 (ad annum 1321). Idem cap. 30 (ad annum 1322). Idem cap. 40 (ad annum 1324). Idem ad annum 1330 (2, 22). Reliqui scriptores, qui post captam a Turcis Cpolin annales suos concinnarunt, eam praetermittunt, scilicet Ducas, Phrantza, Laonicus Chalcocondylas.

## 6.

## Panium.

In Propontidis litore, juxta Heracléam. Genesis regum libro II, s. de Michaele Amoriensi (ed. Bonn. p. 45): *Τὴν .. Πάνιον .. πόλιν .. ἀλλὰ δὴ καὶ Ἡράκλεια, ἣ πάλαι Πέριονθος καλουμένη*. Cedrenus ed. Bonn. T. 2. p. 90: *Αἱ παράλιοι τῆς Θοράκης πόλεις, τὸ τε Πέριον (i. Πάνιον, namque Πέριον est in Asia) καὶ ἡ Ἡράκλεια*.

Idem ibidem: *Καὶ τὸ μὲν Πάριον (l. Πάνιον) ἔάλω. Scylitza (ad calcem Cedreni l. c. p. 729): Οἱ Ῥαιδεστηνοὶ . . κατὰ τοῦ Πανίου ἐξωρηκότες ἐβιάσαντο αὐτὸ ἀναγορεῦσαι τὸν Βρονένιον. Theophanes continuatus ed. Bonn. p. 71 (in Michaele Amoriensi cap. 20): Τοῦ μὲν σεισμοῦ ἐπιγυομένου, καὶ τοῦ τείχους τοῦ Πανίου καταβλήθέντος. Idem ibidem p. 615 (in Leone Armenio cap. 9): Τὸ Πάνιον κάστρον. Nicetas in Balduino Flandro s. urbe capta cap. 11 (Opp. ed. Bonn. p. 820): Τῷ Πανίῳ τε καὶ τῇ Καλλιουπόλει προσσχόντες (Venetorum classarii). G. Acropolita cap. 13 (ed. Bonn. p. 25): Τὴν Ἡράκλειαν, τὸ Πάνιον, τὴν Ῥαιδεστόν, Χαριούπολιν cett. (vastant Bulgari). Ephraemius in Caesaribus v. 7813 sq.: Ἡράκλειαν καὶ Σηλυβρίαν, Ῥαιδεστόν καὶ Πάνιον σὺν Δαονίῳ (vastant Bulgari). Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 7, 26 (ed. Bonn. T. 2. p. 623): .. τὸν ἐπίσκοπον Πανίου δ' οὗτος ἦν. Idem ibidem cap. 32 (p. 636): Ῥαιδεστόν καὶ Πανία (l. Πάνιον) καὶ τὰ τοῦ Γάνου καταλιπόντες (Hispani Amogabari) . . κατὰ τὴν τοῦ Καλλίου γίνονται . . ἐπὶ Ἄνον καὶ Μεγαρίσιον . . Ducas cap. 12 (ed. Bonn. p. 46): Δάνειον (l. Δαόνιον) καὶ Ἡράκλειαν, Ῥαιδεστόν τε καὶ Πάνιδον (sic, pro Πάνιον, more ultimae graecitatis corrupto). Idem pag. 49 (cap. 13). Idem cap. 18 (p. 79): Ἀπὸ Πανίδου μέχρι ἱεροῦ στομίου. Haec vero vocis scriptio (Πένιδον s. Πάνιδος) jam seculi XIII initio, post annum 1204, apud Godofredum Ville-Harduinum occurrit in libro de la conquete cett. cap. 218: *Une altre (ville), qui Panedor (sic) est appellée.* Innocentius III epistolarum libro XII, 105 (Ed. Baluz. T. 2. p. 363 sq.): *Salembriensis (l. Selybriensis), Panedocensis (l. Panidensis) et Galiopolensis (l. Gallipolensis) episcopi.**

## 7.

## Adrianopolis.

De hac vide explicationem prioris libelli nr. 59 pag. 81.



## Ganus.

Urbs in ora Propontidis inter Perinthum (Heracleam) cum Rhaedesto et Callipolin sita. De ea vide Wesselingium ad Itineraria p. 633. Hujus quoque memoria medii aevi annales Graeci servarunt. Ergo Theophanes continuatus ed. Bonn. p. 615 (in Leone Armenio cap. 9): *Καὶ εἰσῆλθον (Bulgari) εἰς τὰ ὄρη τοῦ Γάνου.* De seculis XIII, XIV videatur Georgius Acropolita annual. cap. 33 (ed. Bonn. p. 55): *Ἐκράτησε δὲ καὶ τοῦ ὄρους τοῦ Γάνου.* Ephraemius in Caesaribus v. 8196: *Πόλιν Καλλίου σὺν ὄρει τε τοῦ Γάνου.* Georgius Pachymeres in Michaele Palaeologo 3, 25 (Ed. Bonn. T. 1. p. 235): *Προσβαίνει τῷ Γάνῳ.* Idem in Andronico Palaeologo 1, 37 (T. 2. p. 107): *Τὰ τοῦ Γάνου ὄρη.* Idem ibidem 2, 13. p. 139: *Τὰ ὄρη τοῦ Γάνου.* 7, 11 (p. 585): *Τὰς δυσχωρίας τοῦ Γάνου.* Idem ibidem cap. 21 (p. 607): *Τὰ τοῦ Γάνου στενά.* Idem ibidem cap. 26 (p. 621): *Τὸν τοῦ Γάνου τόπον.* Idem ibidem cap. 32 (p. 636): *Ῥαιδεστόν καὶ Πανία (l. Πάνιον) καὶ τὰ τοῦ Γάνου.* Nicephorus Gregoras 4, 7 (Ed. Bonn. T. I. p. 100): *Διὰ τῶν περὶ τὸ Γάνος ὄρων.* Idem 6, 5 (p. 180): *Ἐν ὄρεσι τοῖς τοῦ Γάνου.* Idem 18, 5: *Τὰ περὶ τὸ ὄρος τὸ Γάνος (τοῦ Γάνου?) χωρία (sc. monasteria).* Cantacuzenus 4, 23 (Ed. Bonn. T. 3. p. 168. 169): *Οἱ τε Ἐφέσου καὶ ὁ Γάννου (l. Γάνου) μητροπολίται.* Laonicus Chalcondylas libro 5 (pag. 227): *Ὁ μὲν οὖν Μουσταφᾶς ὡς ἐπέθετο διαβεβηκότα Ἀμουράτην εἰς τὴν Εὐρώπην, καὶ ἡ ὄποι σῶζοιτο ἀνέωρα ἐπισφαλὲς ἂν ἦδη ἀπανταχῇ, αἶτε Ἀμουράτεω καταλαβόντος αὐτόν, ἐσῶζετο-ἐπὶ τὸ ὄρος Τουγάνου οὕτω καλούμενον.* Ubi lege τοῦ Γάνου. Ibidem: *Ἀγχόνη τε τὸν λαμὸν αὐτοῦ ἐχρήσατο (l. ἐρῶξῆσατο, guttur fregit).* Georgius Phrantza 1, 4 (Ed. Bonn. p. 25): *Ἐν τοῖς τοῦ Γάνου ὄρεσιν (ibique monasteriis).* Igitur dupliciter declinabatur, *Γάνος, ὁ,* et *Γάνος, τό.* De Gano v. paucula apud

Wesselingium ad Itineraria pag. 633. Adde Forbigerum in Handb. d. alten Geographie T. 3. p. 1081.

9.

### Chortocopolis.

Casale dicit hunc locum, quam vocem plus semel deinceps videbimus. Est mediæ aevi scriptoribus Latinis idem quod pagus, vicus maior, coll. Guilielmo Tyri episcopo XX. 20: *Suburbanorum adjacentium, quae nostri casalia dicunt.* Et respondere *χορτοπολις* scriptorum Byzantinorum videtur. Chortocopolis apud Godofredum Ville-Harduinum occurrit in libro de la conquête de Constantinople cap. 202: .. *vers Rodestoc, et vindrent por herbergier à Cortacople un casal.* Rhamnusius de bello Constantinopolitano libro V, p. 210 ed. II: *Ad vicum Cuperium .. Cortacoplam (l. Cortacoplae) casalem (l. casale) Graeci dicunt, tabernacula statuit.* Idem ibidem p. 211: *Cuperium vicum, quem Cortacoplae casalem (l. casale) diximus.* Idem ibidem: *Apud Cortacoplam.*

10.

### Chotricus. Cerasia.

Voces incognitae. De Cerasia v. notas criticas nr. 15.

11.

### Myriophytum.

Oppidum ipsi Chersoneso Thracicae assignandum, vel huic vicum e septentrione, bis a scriptoribus Byzantinis mentoratum video, non amplius. Cedrenus (ed. Bonn. T. 2. p. 657): *Τὴ δὲ χώρα (terrae motum fine seculi XI) τοῖς ἀποικιστάσις περιέλαβον Πριδείας*

τε καὶ Πάνιον καὶ τὸ Μυριόφυτον. Cantacuzenus 3, 76 ad annum 1343 (Ed. Bonn. T. II. p. 476): Πρὸς Μυριόφυτον . . ἑτέραν πόλιν, οὗ πολὺ διέχουσαν Μυριόφυτον, Χώραν προσαγορευομένην. De ea v. Forbigerum in Handb. d. alten Geographie T. 3. p. 1081. Nomen suum etiam nunc habere dicitur, coll. Forb. l. c.

## 12.

## Peristasis.

*Pertinentiam* dicit librarius, cuius Graecam vocem quam non invenerim, in interpretatione Graeca elegi formam *τά*, sequ. genitivo. In reliquis utitur vocibus *δοιον*, *ἐπισκεψις*. Ergo his h. l. abstinui. Urbem nostram primo invenio apud Leonem Sapientem in indice episcopali (Constantinus Porphyrogenitus secundum nostram editionem pag. 46): *Τῶ Ἡρακλείας* (metropolitae) *Θράκης καὶ Μακεδονίας* (sub sunt episcopi) . . *ὁ Καλλιουπόλεως, ὁ Περιστάσεως, ὁ Χαριουπόλεως* . . Seculo XIV eam habet Nicephorus Gregoras 14, 11 (Ed. Bonn. p. 741): *Τὸ τῆς Θρακικῆς περιστάσεως φρούριον*. Ubi *Περιστάσεως* legendum esse liquet. Du-Cangio tamen (ibid. pag. 1274) praeplacet *Τεριστάσεως* (quidni *Τηριστάσεως*?). propter Cantacuzeni locum 3, 77 (immo 76, coll. cap. 90), ubi *Τηροστασις* habetur, adstipulante Boivino. Atque *Tiristasin* s. *Teiristasin* ulterior quoque antiquitas ibidem fere locorum habuit, licet in situ aliquantis per dissidens. Etenim Scylax (Geographi Gr. minores ed. Gail. T. I. p. 281) extra Chersonesum Thracicam ponit; intra, ut quibusdam videtur, Plinius h. n. 4, 11: *Cherronesus a Propontide* . . *habuit Tiristasin*. Manertus (Geogr. der Griechen und Römer. Vol. VII, p. 183) Scylacem sequitur; et revera de Plinii verbis eorumque sensu ambigi poterit ob voces *a Propontide*. Jam vero si urbem nostram, ut nos facimus, Chersoneso tribueris, in ipso ejus collo, vel prope, eam collocabis. De vero urbis situ e scriptoribus Byzantinis, quos modo

Wesselingium ad Itineraria pag. 633. Adde Forbigerum in Handb. d. alten Geographie T. 3. p. 1081.

9.

### Chortocopolis.

Casale dicit hunc locum, quam vocem plus semel deinceps vidimus. Est medii aevi scriptoribus Latinis idem quod pagus, vicus maior, coll. Guilielmo Tyri episcopo XX, 20: *Suburbanorum adjacentium, quae nostri casalia dicunt.* Ei respondere χωριον scriptorum Byzantinorum videtur. Chortocopolis apud Godofredum Ville-Harduinum occurrit in libro de la conquete de Constantinople cap. 202: .. *vers Rodestoc, et vindrent por herbergier à Cortacople un casal.* Rhamnusius de bello Constantinopolitano libro V, p. 210 ed. II: *Ad vicum Cuperium . . Cortacoplam (l. Cortacoplæ) casalem (l. casale) Graeci dicunt, tabernacula statuit.* Idem ibidem p. 211: *Cuperium vicum, quem Cortacoplæ casalem (l. casale) diximus.* Idem ibidem: *Apud Cortacoplam.*

10.

### Chotricus. Cerasia.

Voces incognitae. De Cerasia v. notas criticas nr. 15.

11.

### Myriophytum.

Oppidum ipsi Chersoneso Thracicae assignandum, vel huic vicinum e septentrione, bis a scriptoribus Byzantinis memoratum video, non amplius. Cedrenus (ed. Bonn. T. 2. p. 657): *Τὰ δὲ ὁμοια* (terrae motum fine seculi XI) *τοῖς προειρημένοις πεπόνθασι Παιδεστός*

τε καὶ Πάνιον καὶ τὸ Μυριόφυτον. Cantacuzenus 3, 76 ad annum 1343 (Ed. Bonn. T. II. p. 476): Πρὸς Μυριόφυτον .. ἑτέραν πόλιν, οὐ πολὺ διέχουσαν Μυριόφυτον, Χώραν προσαγορευομένην. De ea v. Forbigerum in Handb. d. alten Geographie T. 3. p. 1081. Nomen suum etiam nunc habere dicitur, coll. Forb. l. c.

## 12.

## Peristasis.

*Pertinentiam* dicit librarius, cuius Graecam vocem quum non inveni, in interpretatione Graeca elegerim formam τὰ, sequi. In reliquis utitur vocibus ὄριον, ἐπισκευή. Ergo his h. l. abstinui. Urbem nostram primo invenio apud Leonem Sapientem in indice episcopali (Constantinus Porphyrogenitus secundum nostram editionem pag. 46): Τῷ Ἡρακλείῳ (metropolitae) Θράκης καὶ Μακεδονίας (sub sunt episcopi) .. ὁ Καλλιωνόπολεως, ὁ Περιστάσεως, ὁ Χαριουπόλεως .. Seculo XIV eam habet Nicephorus Gregoras 14, 11 (Ed. Bonn. p. 741): Τὸ τῆς Θρακικῆς περιστάσεως φρούριον. Ubi Περιστάσεως legendum esse liquet. Du-Cangio tamen (ibid. pag. 1274) praeplacet Τηριστάσεως (quidni Τηριστάσεως?) propter Cantacuzeni locum 3, 77 (immo 76, coll. cap. 90), ubi Τηριστάσις habetur, ad stipulante Boivino. Atque Tiristasin s. Teiristasin ulterior quoque antiquitas ibidem fere locorum habuit, licet in situ aliquantisper dissidens. Etenim Scylax (Geographi Gr. minores ed. Gail. T. I. p. 281) extra Chersonesum Thracicam ponit; intra, ut quibusdam videtur, Plinius h. n. 4, 11: Cherronesus a Propontide .. habuit Tiristasin. Mannertus (Geogr. der Griechen und Römer. Vol. VII, p. 183) Scylacem sequitur; et revera de Plinii verbis eorumque sensu ambigi poterit ob voces a Propontide. Jam vero si urbem nostram, ut nos facimus, Chersoneso tribueris, in ipso ejus collo, vel prope, eam collocabis. De vero urbis situ e scriptoribus Byzantinis, quos modo

citavi, nihil, quod probabile videatur, erui. Adde Forbigerum in *Handb. der alten Geographie* T. 3 p. 1081. Nomen suum (Teristasis) vel hodie dicitur servare, coll. Forb. l. c. Postremo in eadem Thracia, alio tamen loco, scilicet in litore Ponti Euxini, locum eiusdem fere soni memorat Pomponius Mela 2, 2, 5: *Tomoe* (Τόμοι, Tomi), et portus *Caria*, et *Tiristis* promontorium.

## 13.

## Branchialium.

De hac urbe vide explicationem prioris libelli nr. 61 pag. 83.

## 14.

## Raulata.

Quae de hoc dicendi monstro dici fere poterant, ea vide in notis criticis nr. 19.

## 15.

## Hexamilium.

Ejus memoria apud scriptores historiae Byzantinae satis frequentatur, quod situs loci effecisse videtur. Ergo Ptolemaeus, immo librarius serioris aevi quidam, *geogr.* 3, 11, 13: *Λυσιμάχεια, τὸ νῦν Ἑξαμίλιον*. Quod ultimum viro recentioris aevi docto debetur, ad cuius auctoritatem alia quoque libri tertii additamenta referre licet, non omnino contemnenda. Theophanes continuatus in Leone Armenio cap. 9 (Ed. Bonn. p. 615): *Τὰ ἔρη τοῦ .. Γάνου .. Ἑξαμίλιον* (l. *Ἑξαμίλιον*) .. *Ἄβυδον*. Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 7, 12 (Ed. Bonn. T. II. p. 587): *Τὸ Ἑξαμίλιον φρούριον οὕτω λεγόμενον*. Cantacuzenus 2, 76 (Ed. Bonn. T. 2. p. 476):

*Καλλιόπολις δὲ καὶ Ἑξαμίλιον ἀντεῖχον. Idem ibidem c. 77 (p. 483):*  
*Αἶνον καὶ Ἑξαμίλιον καὶ Καλλίον πόλειως. Ducas cap. 10 (Ed.*  
*Bonn. p. 39):* *Τὸ ἐν Χερσονήσῳ Ἑξαμίλιον. Idem cap. 24 (p. 142):*  
*Τὸ Ἑξαμίλιον τῆς Χερσονήσου. Et bene idem Ducas in hoc Hexa-*  
*milio Chersonesum (Thracicam) addit. Etenim Isthmus quoque Co-*  
*rinthi Hexamilium (murum longum) habuit, ultimo saltem Byzantino-*  
*rum aevo, coll. Duca cap. 32 (p. 223): . . Θήβας καὶ τὰ περίξ χω-*  
*ρία . . ἐν τῷ Ἑξαμίλιῳ ἦν γὰρ πρὸ τεσσάρων χρόνων (a. 1415)*  
*οἰκοδομήσας αὐτὸ (imp. Graecus) Ἑξαμίλιον, ἐρείπιον καταλιπὼν αὐτό.*  
*Chronicon breve ad calcem Ducae (p. 519):* *Εἰς τὸ Ἑξαμίλιον Κο-*  
*ρίνθου. De hoc Corinthi munimento adi imprimis Georgium Phran-*  
*tzam (ed. Bonn. p. 96. 107. 108. 117. 196. 201. 202) et Laoni-*  
*cum Chalcocondylam (ed. cit. p. 183. 319. 343); qui scriptores ejus*  
*quidem nomen non memorant, muros tamen eorumque per imperatores*  
*Byzantinos nuperrimam restitutionem non praetermittunt. Nihilominus*  
*nomen hujus munimenti habet Chronicon breve modo citatum ad cal-*  
*cem Ducae p. 517: Ἐκτίσεν (condidit, immo refecit imp. Graecus)*  
*τὸ Ἑξαμίλιον (a. 1415). Idem p. 518: Εἰς τὸ Ἑξαμίλιον (venit*  
*Turca a. 1423). — Sed redeundum ad Hexamilium Thraciae, quod*  
*ipsum quoque pristino aevo munimentum revera fuisse constat (He-*  
*rodot. 6, 36. Xenoph. H. Gr. 3, 2, 10. Plut. Pericl. 19), seculo*  
*post Chr. sexto ab Justiniano imp. refectum (Procop. aedif. 4, 10.*  
*Opp. ed. Bonn. T. 3. p. 300—302). Hexamilii tamen nomen, ad*  
*significandam mensuram Isthmi quoad dorsum, postea demum acce-*  
*pisse puto, cum ipse Procopius hoc ejus nomine abstineat. Tempore*  
*igitur Byzantino oppidum munitum, ut alia ejusdem tractus, fuisse*  
*puto, non murum illum sex vel amplius milliarium, qui dorsum (ἀν-*  
*χένα) Isthmi a terra continente dirimebat, diu ante collapsum, coll.*  
*Procopio l. c. Hoc igitur Hexamilium antea Lysimachiam dictum*  
*volunt (Mannert. Geogr. d. Gr. u. R. Vol. 7); quod Lysimachiae*  
*nomen Nicephorus Gregoras, veteris dictionis ut pauci aemulus, ser-*

vavit libro 5, 7 (Ed. Bonn. p. 150): *Λυσιμαχίας ἐγγύς.* \*) Idemque 14, 2 (p. 695): *Μέχρι Λυσιμαχίας καὶ βραχὺ τι Χερσόνησου ἐπέκεινα* (terrae motus evenit a. 1344). Postremo de Lysimachiae situ in medio Isthmi Thracici collo vide Straboniana libri septimi fragmenta (p. 38 nostrae editionis): *Ἐν μέσῳ μὲν οὖν τοῦ Ἴσθμοῦ Λυσιμάχεια πόλις ἴδουται, ἐπώνυμος τοῦ κτίσαντος βασιλέως.* Qui Lysimachus e militibus (ducibus) nobilioribus Alexandri fuit, coll. Anna Comnena 7, 5 (Ed. Bonn. T. I. p. 354): *Ἴσμεν δὲ καὶ, ἀπὸ Λυσιμάχου τινὸς τῶν ἀμφ' αὐτὸν (Alexandrum Magnum) στρατιωτῶν Λυσιμάχεια κα- τονομαζέσθαι.* Adde nos in *Megalotichos* (explic. nr. 81).

16.

## Saguda.

Vide nos in notis criticis nr. 22.

17.

## Callipolis.

Urbs Thraciae, Propontidi apposita, in rebus bellicis magni semper momenti, maximopere aevo medio, quod nos ut alibi fere solum respicimus. Ibidem commodus transitus per Hellesponti initium boreale in Asiam, veteribus minime incognitus, coll. Strabone libro VII (Fragm. Palatino-Vaticana nostrae editionis p. 38): *Ἐἵτα Καλλι- πόλις, ἀφ' ἧς εἰς Λάμψακον διάγραμμα εἰς τὴν Ἀσίαν μ'* (stadiorum XL). Eundem stadiorum numerum Strabo repetit libro XIII (p. 589 Alm.). Majorem habet Antonini Itinerarium p. 333 ed. Wesseliug.: „A Callipoli trajectus in Asiam Lampsacumque usque stadia LX.“ Ubi alii codd. mss. „LXX.“ Acquiesco in Strabonis mensura. — Urbem

\*) Locum Gregorae exscripsit Georgius Phrantza 1, 4 (p. 24 ed. Bonn.).



Callipolin, ut tot alias, Justinianus imperator restituit, testante Procopio de aedificiis 4, 10 (Opp. ed. Bonn. T. 3. p. 302): *Τὴν Καλλιπόλιν καλουμένην βεβαίωτατα ἐτειχίσατο, ἐλπίδι τῶν Μακρῶν Τειχῶν ἀτειχιστον ἀπολελειμμένην τοῖς πρόσθεν ἀνθρώποις. Ubi Μακρὰ Τείχη quibusdam idem esse videbitur quod Μακρὸν Τείχος Strabonis l. c. p. 38 all.; quanquam praestare videtur, de Μακροῖς Τείχεσι cogitare, quae munimenta in dorso Isthmi illius instauravit (Procop. l. c. p. 302). Longo dehinc tempore, aevo Comnenorum, seculo XII memoria Callipolis urbis recurrit, coll. Cinnamo 4, 24 (ed. Bonn. p. 201): Ἐπὶ τὸν ἀγγὺ πόλεως Ἀβύδου ἐχώρει πορθμὸν, ἐνθα ἐπιθαλασσιδίον τι ἐπὶ Θράκης πόλισμα κείται, ἀπὸ Καλλίου τοῦ Ἀθηναίων οἰμαι στρατηγοῦ τὴν προσηγορίαν ἐσχικός. Ab eadem urbe milites quoque cruciati, Palaestinam petentes, in Asiam trajecerunt (Nicetas in Isaacio Angelo 2, 6. Opp. ed. Bonn. p. 539). Urbis fata saeculis XIII—XV sequentes Graecorum scriptores narrant. Georgius Acropolita annal. cap. 22 (Ed. Bonn. p. 39). Idem cap. 33 (p. 54): Προεκατέλαβε .. τὴν Λάμψακον, καὶ διαπεραιούται μετὰ τῶν οἰκείων δυνάμεων εἰς Καλλιούπολιν .. Καλλιουπόλεως .. διαπεραιούται εἰς Λάμψακον. Ephraemius in Caesaribus versibus 7981. 8173. 8196. Georgius Pachymeres in Michaelae Palaeologo 2, 17 (Ed. Bonn. T. I. p. 118): Αὐτὸς ἠπειγέτο πρὸς τὴν Λάμψακον, περαιωθόμενος πρὸς τὴν ἀντιπέραν Καλλιπόλιν. Idem in Andronico Palaeologo 4, 16 (Ed. Bonn. T. 2. p. 309): Τὸν κατὰ τὴν Καλλίου πόρον. Idem cap. 22 (p. 319): Τὸν κατὰ τὴν Καλλίου πορθμὸν. De eodem ibi in Asiam transitu vide ejusdem librum 5 (p. 452). Adde eundem ibidem p. 480. 510. 563. 564. 578. 586. Nicephorus Gregoras 2, 3. 7, 3. 4. Cantacuzenus 1, 4. 2, 29. 3, 76. 77. 4, 38 (terrae motu eversa). Ducas cap. 4 (p. 18): Τὸν πορθμὸν τὸν ἐν τῷ μέσῳ Καλλιουπόλεως καὶ Λαμψάκου. Idem cap. 19 (p. 88): Ἐν Λαμψάκῳ .. ἐν τῇ ἀκτῇ τῇ ἀπέναντι Καλλιουπόλεως. Idem cap. 24 (p. 142): Αἴφνης μήνυμα ἐκ Λαμψάκου, ὡς τρίηρεις ἐν τῇ*

*Καλλιουπόλει πλείστα.* Idem cap. 25 (p. 165): *Περάσαι τὸν πορθμὸν τῆς Καλλιουπόλεως.* Idem cap. 27 (p. 177): *Φθάσας ἐν Λαμψάκῳ . . περᾶ ἐν Καλλιουπόλει.* Cap. 32 (p. 220): *Ἐλθοῦσαι (naves) ἀντικρὸν Καλλιουπόλεως, ἐκώλυνον τὸν πόρον.* Cap. 34 (p. 240): *Τὸν Καλλιουπόλεως πορθμὸν.* Laonicus Chalcocondylas libro I (Ed. Bonn. p. 18). Idem libro V (p. 221): *Καλλιούπολιν τῆς Χερσόνησου, πόλιν εὐδαίμονα.* G. Phrantza 1, 5 p. 29. Adde eundem p. 30. 46. 114.

18.

## Laccus.

Vox, ut videtur, depravata. Non extrico.

19.

## Muntana.

Vide nos in notis criticis nr. 25.

20.

## Sigopotamus.

Oppidum in ipsa Chersoneso Thracica quaeri debet, et quidem prope Sestum, ubi etiam *Αἰγὸς ποταμὸς (ποταμοί)*. Nicetas in Alexio, Isaacii fratre, 2, 1 (Ed. Bonn. p. 636): *Περὶ Σηστὸν . . κατὰ τὸν Σιγὸν ποταμὸν.* Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 7, 6 (Ed. Bonn. T. II. p. 578): *Φρούριον περὶ τὸν Σιγὸν ποταμὸν, Μάδντον ἐγγρωτίως λεγόμενον.* Flumen igitur e Graecis Byzantinis novimus, urbem cognominem e scriptore libelli Latino.

21.

## Calabrita.

Index noster in Peloponnesum transgreditur. Ibi Calabrita, Slavici soni urbs, prope Patras, nobilissimam civitatem. Laonicus Chalcocondylas libro nono (Ed. Bonn. p. 452): *Τό τε Αἴγειον* (l. *Αἴγιον*, urbem notam Achaeae), *Καλαβρότης* (l. *Καλάβροτα* s. *Καλαβρότας*), *Πάτρας*, καὶ τὴν περιόικον ταύτη τῆς Ἀχαιῆς χώρας (l. *χώραν*). Idem ibidem p. 477: *Τὴν τε Καλαβρότων πόλιν*. Georgius Phrautza 2, 2 (Ed. Bonn. p. 130): *Εἰς τὰ Καλάβροτα* (sic). Idem 4, 19 (p. 409): *Τὰ Καλάβροτα*. Idem ibidem cap. 15 (p. 388): *Τὴν Πάτραν .. καὶ τὰ Καλάβροτα*. Idem p. 389: *Τὰ Καλάβροτα*.

22.

## Ostroba.

Alteram Slavici soni urbem, antecedenti puto vicinam, Ostrobam (Ostrobum), in historia et geographia Peloponnesi Byzantina alibi non inveni. Ostrobum (Ostrovo) in Macedonia habemus, coll. Anna Comnena 5, 5 (Ed. Bonn. T. I. p. 242). Addatur Georgius Acropolis annalium cap. 49.

23.

## Oreus.

Oreum, urbem Euboeae septentrionalis veteribus notissimam, praeter nostrum libellum etiam Georgius Pachymeres cum Carysto (meridionali insulae urbe) jungit in Michaelis Palaeologo 3, 15 (Ed. Bonn. T. I. p. 205): *Κέως καὶ Κάροστος Ὁρεῶν συνεπελαυβάνοντο*. Nicephorus Gregoras 18, 2 (Ed. Bonn. p. 878): *Ἐν Αὐλίδι καὶ Ὁρεῶν, τοῖς κόλποις τοῖς ἐγγύς Εὐβοίας*. Ubi tamen Ὁρωπῶν legi malim pro Ὁρεῶν. Est Oreus ipsius Euboeae urbs, non prope eam.

Aulidem vero et Oropum jam veteres junxere, coll. Stephano Byzantino s. v.: Ὠρωπὸς .. καὶ ἄλλη Βοιωτίας, περὶ ἧς Εὐφορίων .. Ἀλλὰ τ' Ὠρωπὸς τε καὶ Ἀμφιάρεια λόετρα. De Oreo v. Forbigerum l. c. T. 3. p. 1020.

24.

## Andros.

De hac insula v. nos in prioris libelli explicatione nr. 37 pag. 64 sq.

25.

## Colurus.

Veterum Graecorum Salamis insula, coll. scholiaste Ptolemaei geogr. 3, 16, 23: Σαλαμίς, ἡ Κολούρι (l. Κολούρι). De Salami insula v. Forbigerum l. c. T. 3. p. 1018. Adde Brandisium, Mittheilungen über Griechenland T. I. p. 362 sqq.

26.

## Cyclades.

De his adi prioris libelli explicationem nr. 36. p. 62 sq., ubi simul actum de Dodecaneso.

27.

## Nisia.

Significatur Naxos insula. Andreae Danduli chronicon 9, 4, 5 (Muratori Scriptt. rerr. Itall. T. 12. p. 334): *Latinorum igitur ex gestis mirificis superaucta potentia et Graecorum exinanita, plerique*

nobiles, Graecis sibi colligatis, Graeciae oppida\*) audacter invadere statuunt. Et segregatim navigantes Marcus Samuto cum suis sequacibus insulas Nisiae, Parü (l. Pari), Melli (l. Meli) et Sancti Herini (l. Verini) adeptus est, et Marinus Dandulo Andrem (l. Andrum). Ravanus (l. Rabanus) quoque de Carceribus Veronensis et nepos ejus\*\*) Euripum sive Nigropontem accipiunt. Similiter Andreas et Hieremias Gisió-Thinas (l. Tenos, i. e. Tenum) insulam, Scheriam (l. Scyrum), Scopulum (l. Scopelum) et Schiathum (l. Sciathum). Philocalus etiam Navigajoso Stalinenem\*\*\*) obtinens, imperiali privilegio imperii Megaducha†) est effectus. Le livre de la conquête de la Morée p. 260 ed. Buchon. 1845: *Le duc de Nissye*. Idem ibidem: *Nixie*. Chronicon Moreae ed. Buchon. 1845, versu 1469: *Τὸν δοῦνα τῆς Νηξίας*. Idem v. 1868: *Τῆς Νύσσου* (sic) .. καὶ Εὐρόπου. Idem v. 5679. 6699: *Νηξίας*. De Naxo insula v. Forbigerum in Handb. der alten Geographie T. 3. p. 1028 sq.

28.

Patrae. Methone.

Vide explicationem prioris libelli, nr. 32 p. 57 sq.

\*) Codex Ambrosianus addit: *quae regimini canebant*. Lege: *quae regimine carebant*.

\*\*) De his Italis eorumque Euboeae occupatione videatur Schmellerus in Abhandlungen der philosophischen Klasse der k. bayer. Akademie. Vol. II. 1837. p. 184 sqq.

\*\*\*) Lemnum.

†) *Megas dux*, i. e. *magnus admiralus*, Turcarum *Kapudán-Pascha*.

29.

**Brana.**

Branarum nobilem familiam Du-Cangius illustravit in famill. Byzantinis, quem vide. Horum quis significetur, equidem ignoro.

30.

**Alexius imperator.**

De eo v. notas criticas, nr. 47. Est puto Isaacii Angeli frater, Alexius III. Aliis Alexius IV, Isaacii Angeli filius, magis placebit. Vide explicationem prioris libelli, nr. 27 p. 54.

31.

**Melibotum.**

Idem nomen recurrit sub finem nostri libelli (expl. nr. 82) alio regni Byzantini loco, in Chersoneso (sic videtur) Thracica, coll. nott. critt. nr. 140. Hinc nostram lectionem effluxi. Locus mihi incognitus, ut quidam alii.

32.

**Nicopolis.**

Fuit magna medio aevo provincia (thema), cujus partes Acarnania atque Aetolia; metropolis Artā (Ambracia?). De ea v. nos in prioris libelli explicatione nr. 26 p. 53; item in Constantino Porphyrogenito nostrae editionis, prolegg. p. XXXV. De urbe veterum nobilissima Nicopoli, antea Actio, consule Wesselingium ad Itineraria p. 651. Adde Forbigerum in Handb. d. alt. Geogr. T. 3. p. 879. Ex hac urbe thema (provincia) nomen traxit. Fuit medio aevo *νωμόπολις* (rusticorum oppidum), nomine Prevesa, ut hodie.

## 33.

## Arta.

Eam prope sinum Ambracicum quaerendam esse constat. Aevo medio magnum ejus momentum fuit, coll. Niceta (qui initio seculi XIII scripsit) in *Manuale* 2, 1: *Ἀκαρνανίας καὶ Αἰτωλούς, τοὺς νῦν λεγομένους Ἀρτινοὺς* (l. *Ἀρτινοὺς*). Eisdem *Ἀρταλοῦς* dicit Cantacuzenus libro 2, 35 — 37. Solius Acarnaniae caput Artam dicit idem Cantacuzenus 2, 34 (Ed. Bonn. T. I. p. 509): *Ἄρταν . . ἢ τῆς Ἀκαρνανίας ὡς παρὰ* (l. ὄσπερ) *κεφάλαιον τῶν πόλεων ἔστιν.* Laonicus Chalcocondylas libro IV. p. 210 ed. Bonn.: *Ἄρτην τῆς Ἀκαρνανίας.* Idem libro V. p. 237: *Ἄρτην τῆς Ἀμπρακίας μητροπόλιν.* Ubi *Ἀκαρνανίας* legendum esse patet. Arta fuit vetus Ambracia, Acarnaniae vero (atque Aetoliae) medio aevo metropolis, coll. Chalcocondyla libro IV. p. 211: *Ἄρτην μητρόπολιν τῆς Ἀκαρνανίας.* Alia de hac urbe pridem exposui in *Thessalonica* p. 484 sq. Saepius eam memorat *chronicon Moreae* (ed. Buchon. 1845), sc. pag. 39. 114. 116. 130. 134. 291. 316. 317. 323. 324. 328. 329. Adde *Forbigerum in Handb. d. alt. Geogr. T. 3. p. 894.*

## 34.

## Achelous.

Hanc urbem, fluvio (recentiorum Aspropotamo, veterum Acheloo) cognominem, attingi in *Thessalonica* p. 484 sq.

## 35.

## Anatolicum.

Oppidi hujus et insulae, in recessu sinus Missolongici (Mesolongici) sitae, primam mentionem facit Benjamin Tudelitanus, Ebraeus

Hispanus (sec. XII), eujus verba dedi l. c. p. 486. Graecos, quos habemus, Byzantinos de hac urbe tacere video.

36.

### Lechonia.

Locus Aetoliae dubii situs. Lectionis corruptae medelam debeo Catalogo urbium, quarum nomina deperdita sunt (Constantinus Porphyrogenitus nostrae editionis p. 21): *Αἰτωλία, τὰ Λεχώνια* (i. e. *Aetolia, ubi Lechonia*).

37.

### Dyrrhachium.

Nobilissimam Illyrici civitatem cum provincia et episcopatibus illustravi in *Via Egnatia*, Commentat. I. p. 17—22. Adde Forbigerum in *Handb. d. alten Geogr.* T. 3. p. 849. Albanien, Rumelien und die österreichisch-montenegrinische Gränze .. von Dr. Joseph Müller. Prag 1844. p. 61 sqq.

38.

### Arbanum.

Arbanum (Albanum) urbem dicit noster libellus, alibi a me non lectam. Sequentia enim veterum testimonia Albanorum potius terram, quam urbem hujus nominis ibi positam innuere videntur. Ergo Anna Comuena libro XIII (p. 390 ed. Paris.): *Τινὰ τῶν ὁμοροούντων τῷ Ἀρβάνῳ* (sic, ut noster libellus) *πολλήνια .. τὰς τοῦ Ἀρβάνου ἀτραπούς*. Eadem libro 6, 7 (Ed. Bonn. T. I. p. 294): *Παρά τε τῶν καλουμένων Ἀρβανιτῶν, παρά τε τῶν ἐπὶ Δελματίας παρὰ τοῦ Βοδίνου πεμπομένων*. Scylitza (ad calcem Cedreni, ed. Bonn.



T. 2. p. 739): *Φράγγων καὶ Βουλγάρων, Ῥωμαίων τε καὶ Ἀρβανιτῶν.* Hancque ipsam vocis scriptionem spectat *Arbanitarum* denominatio (Arbanitae = Arnabidae = Arnaútae s. Arnaúthi Turc.). Posterius aevum literam λ ut puriorem elegit. Videatur Georgius Acropolita ed. Bonn. p. 28. \*) 46. \*\*) 93. 98. 148. 149. 150. 152, ubi Ἀλβανὸν scribitur, sc. terra, non urbs. Idem p. 152: *Τὸ τῶν Ἀρβανιτῶν ἔθνος.* Ephraemius in Caesaribus ed. Bonn. versu 9159: *Δι' Ἀχρόδος πέφθακεν (assecutus est) Ἀλβάνου τόπου, καὶ ζείθεν .. Ἐπίδαυρον πόλιν.*

## 39.

## Glabinitzä.

Eam prope Acroceraunia pono. Leo Sapiens in indice episcopatum (Constantinus Porphyrogenitus nostrae editionis pag. 50): *Τῷ Δυῶδαχίον (metropolitae subsunt) ... ὁ Γλαβινίτζας ἦτοι Ἀκροκεραυνίας (i. Ἀκροκεραυνίας) cett.* Anna Comnena 3, 12 (Ed. Bonn. T. I. p. 185): *Εἰς τὴν Γλαβινίτζαν.* Eadem 5, 1 (p. 223): *Τὴν Γλαβινίτζαν καταλαβεῖν καὶ τὰ Ἰωάννινα (Κάνινα?).* Eadem libro XIII (Ed. Paris. p. 391): *Πρὸς Γλαβινίτζαν.* De ea vide quoque Viam nostram Egnatiam, Commentat. I. p. 22.

## 40.

## Bagenetia.

Hanc quoque urbem in litore maris Adriatici Epirotico quaero, prope urbem antecedentem, coll. Chronico Moreae deinceps citando. Anna Comnena 5, 4 (Ed. Bonn. p. 236): *Καταλαμβάνει (venit) διὰ*

\*) Ὑπερπηθήσαντι τὸ Δυῶδαχίον, καὶ ἐν ταῖς τοῦ Ἀλβάνου δυσχωρίαις γεγενημένῳ.

\*\*) Τοῦ Ἐλβάνου (Ἀλβάνου?) κατακρυεύει.

τῆς Βαγενητίας τὰ Ἰωάννινα (Κάνινα?); ubi Schopenus variam lectionem Βαγενητίας, Βεγενετίας et Βαγενετίας memorat, addens viri cujusdam docti notam marginalem, Γλαβωτιζης legentis pro Βαγενητίας; male. Eustathius nostram urbem habet in narratione de capta a Normannis Thessalonica (Opuscc. p. 282, 20): Ἐκ ποθεν Βαγεντίας (l. Βαγε-νετίας). Chronicon Moreae (Buchon, recherches historiques sur la principauté française de Morée. T. II. p. 330) versu 7819: Τὰ μέρη τῆς Βαγενετίας, τὰ ἦσαν πρὸς τῆς θαλάσσης. Eandem plane sic (Vagenetie) liber Gallicus scribit, cujus titulus: Le livre de la conquête de la princée de la Morée (ed. Buchon. Paris. 1845), bis habens hoc nomen (p. 314. 324). Est is liber tomus prior collectionis modo memoratae. Tene lectionem Βαγενετίας.

## 41.

## Drynopolis.

Drynopolin (Drinopolin, Adrianopolin Epiri), prope Joannina urbem, illustravi in prioris libelli explicatione, nr. 4 p. 36.

## 42.

## Stenum.

Stenum (Στενὸν) est Bosphorus Thracicus; occidentale Stenum litus ejus Europaeum. Eo nomine pro Bosporo Thracico scriptores Byzantini tantum nou omnes utuntur. Theophanes ed. Bonn. T. I. p. 562: Ἐν τοῖς Θρακίοις τοῦ στενοῦ (l. Στενοῦ) μέρεσιν. Idem p. 586: Τῶν δὲ Βουλγάρων διὰ τοῦ Φιλέα .. ἐπὶ τὸ στενὸν (l. Στε-νὸν) καταρῥιψάντων. Idem p. 741: Ἐν τῷ στενῷ τοῦ Πόντου (in ostio Ponti). Constantinus Porphyrogenitus de administratione cap. 51 (Opp. ed. Bonn. T. 3. p. 233. 237): Ἀπὸ τῶν Στενιτῶν πλωτῶν .. τὸ Στενὸν .. Στενῖται .. ἐκ τῶν οὐσιῶν τοῦ Στενοῦ. Cedrenus T. II.

ed. Bonn. p. 443: Ἀνά τὸ Στενόν. Theophanes continuatus pag. 340 ed. Bonn.: Ἐν δὲ τῷ καλουμένῳ .. Στενῶ· τὸν αὐχένα τοῦ Εὐξείνου φημί. Idem p. 401. 402. 425. 614. 647. 811. 893. 894. Leo Grammaticus p. 187 ed. Bonn.: Διὰ τοῦ στενοῦ (l. Στενοῦ). Idem p. 228: Ἐν τῷ Στενῶ εἰς τὸ Κλειδίον οὕτω καλούμενον. Idem p. 307: Ἐν τῷ Στενῶ. Idem p. 324. Nicephorus Bryennius 1, 20 (Ed. Bonn. p. 46): Τοῦ Στενοῦ. Idem 3, 12 (p. 115). Idem strictiori sensu 1, 23 (p. 51): Τὸν πορθμὸν τὸν Χαλκηδόμιον. Idem 4, 31 (p. 158): Τὸν Χαλκηδόμιον πορθμὸν. Idem 2, 2 (p. 57): Τὸν πρὸ τοῦ Πόντου πορθμὸν. G. Phrantza 3, 2 (p. 223 ed. Bonn.): Κατὰ τὸ στενόν (l. Στενόν) ἐγγὺς τοῦ ἀνωτέρου μέρους τοῦ Ἀσωμάτου κόμης. Alii veterem formam servant, velut Genesius libro II (Ed. Bonn. p. 39): Τὸν Θρακίον βοόσπορον (sic). Idem libro III (p. 54): Τοῦ Βοσπόρου. Theophanes p. 671: Ἀπὸ τῶν Μαγγάνων ἕως τοῦ Βοσφόρου (l. Βοσπόρου). Theophanes continuatus in Theophilo, Michaelis filio, cap. 4 (Ed. Bonn. p. 88): Κατὰ τὸν Βόσπορον. Nicetas in Isaacio Angelo 1, 6 (Ed. Bonn. p. 494): Τὴν βόρειον ἀντίπορθμον τῆς πάλαιως πλευράν, ἣτις πὸρος βοῦς κικλήσκειται. Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 4, 30 (Ed. Bonn. T. II. p. 345): Ἐκ Νικομηδείας καὶ μέχρι πορθμοῦ Θρακικοῦ. Idem ibidem 5, 2 (p. 411): Τὰ στενὰ τοῦ πορθμοῦ.\*) Eademque elegantia et cautela idem G. Pachymeres, Hellespontum a Steno distinguens, dicit τὰ στενὰ τοῦ Ἑλλησπόντου (Andron. Palaeol. 7, 29. T. II. p. 631). Anna Comnena Bosporo utitur genere feminino 3, 7 (Ed. Bonn. T. I. p. 178 sq.). Postremo Nicetae codex Augustanus mixobarbarus voce Στενόν uti solet pro Propontide, ita quidem, ut Propontis eius simul Stenum (Bosporum Thracicum) inclusisse videatur. Adeas Nicetam ed.

\*) Idem alibi modo *Bosporo Thracico* utitur (in Mich. Palaeologo 4, 20. 5, 30), modo simplici *Bosporo* (in eodem imp. 6, 22. 24. 28).

Bonn. p. 248, 24. 494, 28. 510, 24. 580, 28. 658, 26. De Steno vide quoque Wilkenum in Kreuzzüge T. V. p. 216 nota 60.

43.

### Agathopolis. Media.

Agathopolis ut Media satis a Constantinopoli distat, versus orientem cum borea, Ponto Euxino in Thracico litore apposita. Nicetas in Isaacio Angelo 2, 1 (Opp. ed. Bonn. p. 515): *Εἰς τὰ τῆς Ἀγαθοπόλεως μέρη*. Idem in Balduino Flandro sive Urbe capta cap. 16 (p. 852): *Περὶ τὴν Ἀδριανουῦ .. μέχρῃ Κορηνοῦ (Κρονονοῦ?) καὶ Βορέης (?) .. τὴν Ἀγαθόπολιν διελθὼν (Henricus, Byzantinorum imperator Latinus) καὶ παρεμβαλὼν (castra ponens) εἰς Ἀγχιάλον*. Georgius Pachymeres in Michaelē Palaeologo 5, 4 (Ed. Bonn. T. I. p. 348): *Ἀγχιάλου .. Σωζόπολιν καὶ Ἀγαθιούπολιν (ἢ Ἀγαθόπολιν) καὶ Κανστρίτζιον (i. e. Κανστρίτζιον, Castritzium)*. Idem in Andronico Palaeologo 5, 28 (T. II. p. 445): *Ἦδη δὲ καὶ τὰ περὶ Σωζόπολιν καὶ Μεσημβρίαν Ἀγαθόπολιν τε καὶ Ἀγχιάλου ἐκραδαίνετο*. Idem ibidem 7, 18 (p. 601): *Οὐδὲ γὰρ Ἀγχιάλου αὐτῆς ἤδη καὶ Μεσημβρίας, ἀλλ' οὐδ' αὐτῆς Ἀγαθοπόλεως ἀπέσχετο*. — Media (Μήδεια) urbs ibidem quaerenda. Theophanes p. 670. ed. Bonn. (ad annum 755): *Καὶ ἀπὸ Ζηκχίας μέχρῃ τοῦ Δανουβίου καὶ τοῦ Κούφη ποταμοῦ καὶ τοῦ Δάμαστρου (ἢ Δάναστρου) τε καὶ Δάναπρι καὶ τῶν Νεκροπόλων καὶ τῆς λοιπῆς ἀκτῆς μέχρῃ Μεσημβρίας καὶ Μηδείας ὁμοία πεπονθότων (a frigore)*. Nicephorus de rebus post Mauritium gestis p. 54 sq. ed. Bonn.: *.. τὴν τε Μήδειαν καὶ ἕτερα πόλιν συμπαραλαμβάνουσι (Sarazeni, imperante Philippico)*. Ubi Bekkerus *Μίδειαν*, male. Idem Nicephorus ibidem p. 75: *Ἐπὶ Μεσημβρίαν καὶ Μήδειαν πόλιν*. Nicephorus Gregoras 16, 1 (p. 795 ed. Bonn.): *Τῆς παραλίου Μηδείας*. Idem ibidem p. 796: *Ἦ γὰρ μὴν Θρακικὴ Μήδεια, ἢ δυτικωτέραν (immo ἀρκτικωτέραν) τε ἔχει Βυζαντίου τὴν θέσιν, καὶ πρὸς τῷ ἄκρῳ τοῦ Εὐξείνου*

κειμένη Πόντου, σταδίους έντεῦθεν ἀπέχει μικρόν τι τετρακοσίων ἐπέκεινα. Cantacuzenus 4, 10 (Ed. Bonn. T. 3. p. 62. 63): .. Μηδεία, τῇ κατὰ τὸν Πόντον παραλίῳ πόλει .. αἱ ἐκ Μηδείας ληστρεῖαι .. Μήδειαν. Georgius Phrantza 4, 17 (Ed. Bonn. p. 403): .. τῆς Ζαγοράς .. εἰς τὴν Σωζόπολιν .. τὴν Ἀγαθόπολιν .. τὴν Μήδειαν (l. Μήδειαν). De tribus his urbibus (Agathopoli, Media, Sozopoli), orae Ponti Thracicae impositis, adi quoque Periplus Ponti Euxini octuplum (Constantinus Porphyrogenitus nostrae editionis p. 38); ubi dicuntur corrupte *Omidia*, *Gatopoli*, *Sisopoli*, hoc ordine, versus boream.

44.

## Bizya.

Bizyam, Thraciae meridionalis urbem haud ignobilem, Astorum olim regiam (fragm. Strabonis ed. nostrae pag. 36), cum veteres laudarunt, tum aevum Byzantinum, cuius ego sequentia testimonia afferam. Cedrenus ed. Bonn. T. 2. p. 664: *Τὸ τῆς Βιζύης φρούριον*. Nicetas in Alexio, Isaacii Angeli filio, 2, 5 (Opp. ed. Bonn. p. 664): *Τὴν Βυζίνην* (l. *Βιζύνην*) *φυλάσσων Ῥωμαϊκὸς στρατός*. Idem in Balduino Flandro cap. 10 (p. 810): *Βιζύνη καὶ Τζουρουλός*. Idem ibidem cap. 14 (p. 834): *Βιζύνη καὶ Σηλυβρία*. Georgius Acropolita cap. 24 (Ed. Bonn. p. 44): *Μέχρι καὶ αὐτῆς τῆς Βιζύης γενόμενος*. Idem cap. 35 (p. 59): *Τῇ Βιζύνῃ, τῇ Καλλιουπόλει*. Idem cap. 47 (p. 91): *Τῇ Τζουρουλῶ .. καὶ τῇ Βιζύνῃ*. Ephraemius in Caesaribus ed. Bonn. versibus 7378. 8041. 8624. 9091. Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 1, 37 (Ed. Bonn. T. 2. p. 106): *Τὸ Βλαχικόν* (gens Blachica), ὃ δὴ σχεδὸν ἀπὸ τοῦ ἐξωτερικοῦ τῆς πόλεως εἰς *Βιζύνην καὶ πόρῳ εἰς πλῆθος ἀριθμοῦ ποσοῦμενον παρετέτατο* (sec. XIII). Idem ibidem 7, 21 (p. 607): *Ἔως Παιδέσιον .. κατὰ τε πλάτος Βιζύης καὶ πρόσω*. Idem ibid. cap. 28 (p. 629): *Ἐπὶ Βιζύης*. Nicephorus Gregoras 7, 10 (Ed. Bonn. p. 265): *Τὰς περὶ τὴν*

*Βιζύην* .: *χώρας*. Ubi simul fluvius Xerogypsus memoratur. Adde Cantacuzenum 1, 27. 40. 2, 3. 3, 78. 79. 4, 28. 40. 44. Alii Bizyam aliter scribunt, sc. *Βύξη* et *Βυζός* (si quidem lectio codicum sana). Ergo Genesis libro 2 (Ed. Bonn. p. 44 sq.): *Τοῦ Βύξης .. ποτίσματος .. οἱ ἐκ Βύξης*. Theophanes continuatus (Ed. Bonn. p. 68): *Τοῦ τῆς Βύξης .. ποτίσματος*. Idem p. 69: *Τὸ Βύξης ποτίσθρον*. Michael Ducas cap. 37 (Ed. Bonn. p. 258): *Μεσημβροίαν, Ἀχελῶον* (i. e. *Anchialum*, Turcice *Αἰὼλί*), *Βυζόν*. Franco-Galli istis Graecis coevi (Godofredus de Ville Hardouin de la conquete cap. 205 all.) scribunt *Visoz*, cett. De Bizya vide pauculis agentem Wesselingium ad Itineraria p. 632, ubi formam *Βύξη* damnat.

## 45.

## Zurulum. Theodoropolis.

De his vide nos in prioris libelli explicatione nr. 54. 55. pag. 67 sq. Ceterum aliae quoque urbes, nomine Theodoropolis, in Thracia fuere. Sic juxta Danubium inferiorem Justinianus imp. Theodoropolin urbem condidit, teste Procopio de aedificiis 4, 7. Eam memorare videtur Theophylactus Simocatta 7, 2 (p. 274 ed. Bonn.): *Ἐπὶ τὴν Θεοδορούπολιν*. Dorostolum quoque (Silstria urbs, ibidem sita) ab Joanne Tzimisce imperatore sec. X Theodoropolis nominata fuit, referente Leone Diacono 9, 12 (p. 159 ed. Bonn.): *Δορούστολον* (sic) *ἐπὶ ὀνόματι τοῦ στρατηλάτου καὶ μάρτυρος Θεοδώρου μετονομάσας*. Aliam Theodoropolin apud Cedrenum invenio, item Thracicam (Ed. Bonn. T. 2. p. 411): *Καὶ ἀντὶ Εὐχανείας* (sic) *Θεοδορούπολιν κατωνόμασεν* (imperator Byzantinus). Postremo Rhodope quoque Theodoropolin habuit, et quidem duplicem, coll. Procopio de aedif. 4, 11 (Opp. ed. Bonn. T. 3. pag. 305, 10. 307, 1).

46.

## Optimates.

Optimati (Optimatum) provincia (*Θέμα*) est quinta Asiae, habuitque, ut Constantinus Porphyrogenitus refert thematum libro primo (Opp. ed. Bonn. T. 3. p. 26. 27), incolas Bithynos, Tarsiatas, Thynos. Fuit infimi ordinis. Lusus Graecorum in Thynis et Bithynis vix aliud significat quam solos Bithynos, coll. iis, quae exposui in libro: Beiträge zur Geschichte der Komnenen und Normannen, parte secunda, pag. 95 nota 99. Erat autem Tarsia urbs ignobilis, neque liquet, cur Tarsiatae a Bithynis distinguantur.

47.

## Tarsia.

De Tarsia Constantinus Porphyrogenitus l. c. p. 27: *Βιθυνοί, Ταρσιᾶται, Θυνοί*. Ergo Tarsiatae non erant Bithyni? Similiter noster libellus Tarsiam ab Optimatum (Bithynorum) provincia distinguit, quum Constantinus l. c. quinque urbes nobiliores enumeret, Tarsiam vero inter has (quod vix credas) praetereat. Eam tamen non omittunt seculi decimi tertii scriptores. Nicetas in Alexio, Manuelis filio, cap. 9 (Opp. ed. Bonn. p. 319): *Τῆ Ταρσίᾳ .. περὶ τὴν Νικομήδους πόλιν*. Idem in Isaacio Angelo 3, 2 (p. 553): *Τὴν ἀγχοῦρον Νικομηδεῦσι Ταρσίαν*, coll. de eadem re Ephraemio in Caesaribus v. 6053: *Ἀποστατήσας κατὰ Ταρσίαν πόλιν*. Georgius Acropolita cap. 78 (Ed. Bonn. p. 173): *Βιθυνίας καὶ Ταρσίας*, i. e. Bithyniae, cum urbe ejus Tarsia. Strabo libro XIII (p. 587 ed. Alm.) flumen Tarsium ibidem locorum memorat, a quo forte urbs nomen traxit, coll. Forbigero in Handb. d. alten Geographie T. 2. p. 116 sq., ibique not. 69.

## Plusias.

De ea Nicetas in Balduino Flandro sive Urbe capta cap. 16 (Opp. ed. Bonn. p. 844): Ἀλλὰ καὶ Θεόδωρος ὁ Λάσκαρις, κατὰ τοῦ ἐν Πόντῳ Δαβίδ στρατιὰν ἀγείρας, τῆς μὲν Πλουσιάδος ἐπέβη .. εἶλε δ' ἂν Ἡράκλειαν .. ὁμήρους ἐκ τῆς Πλουσιάδος δεξάμενος. Hinc apud Hieroclem, seculi sexti scriptorem (Constantinus Porphyrogenitus nostrae editionis pag. 15) pro Προυσιάδος leges Πλουσιάδος (significatur enim eadem cum nostra urbs), nisi Πλουσιάδος corruptela aevi posterioris fuerit. Quid? quod Προυσιάδα etiam Leo Sapiens habet, seculi IX et X scriptor, in indice episcopali (Constantinus Porphyrog. nostrae editionis pag. 47): Τῷ Κλαυδιονπόλεως Ὀνωριάδος (subsunt seqq. episcopi) · ὁ Ἡρακλείας Πόντου, ὁ Προυσιάδος, ὁ Τίου, ὁ Κρατείας, ὁ Ἀδριανονπόλεως.

## Metabole.

Monstra legendi congeSSI in farragine critica, nota 84. Ex iis extudi formam *Metabolae* (Μεταβολῆς), id quod latet in isto *Meta vobis*; ubi, si ex litera *b* feceris *l*, verum habebis. Locus *Metabole* non semel tantum in scriptoribus Byzantiis ibidem plane locorum occurrit, et quidem prope Olympum, Mysiae (Bithyniae) montem, et Nicaeam. Scylitza ad calcem Cedreni (ed. Bonn. T. 2. p. 711): Εἰς τὸ τῆς Μεταβολῆς φρούριον φυγόντες. Idem ibidem p. 713: Ἐκ τοῦ τῆς Μεταβολῆς φρουρίου. Nicephorus Bryennius 2, 8 (Ed. Bonn. p. 81): Ὑπερβάντες τὸν λόφον, ἵνα περὶ τὸ φρούριον ἴδουται, τὸ ἀγγοῦ που τῶν βασιλείων τοῦ Καίσαρος ὄν. Μεταβολὴ τῷ φρουρίῳ τὸ ὄνομα. Quae Caesaris (Imperatoris) βασιλεία simpliciter etiam βασιλεία, immo Βασιλεία dicta fuisse puto, coll.



Anna Comnena libro XIV (p. 441 ed. Paris.): Διὰ τε τῆς Νικαίας διελθῶν καὶ τῶν Μελαγίνων (l. Μαλαγίνων) καὶ τῶν οὕτω καλουμένων Βασιλικῶν (l. Βασιλειῶν)· ταῦτα δὲ τέμπη (angustiae) εἰσὶ καὶ δύσβατοι ἄτραποι, περὶ τὰς ἀκρολοφίας τοῦ Ὀλύμπου διακεῖμενα. Eadem Anna 6, 10 (Ed. Bonn. T. I. p. 305): Ἀναποδίσας κατὰ τὴν Βασιλειαν (sic), τὸν χάρακα ἐπήξατο. Ubi sermo est de bello prope Nicaeam gesto. Nicephorus Bryennius 4, 33 (p. 160 ed. cit.): Περὶ τι καστέλλιον, ὃ καλοῦσι Βασιλέα (l. Βασίλεια), πλεῖον ἢ τεσσαράκοντα σταδίων Νικαίας ἀπέχον. Ubi Meinekius Βασίλεια mavult ob caput 36 (p. 162): Πλησίον τῆς Βασιλειᾶς. Idemque Bryennius 2, 16 (p. 77): Περὶ Βιθυνίαν, ἵναπερ τὰ βασίλεια τοῦ Καίσαρος ἦν καὶ φρούριον .. περὶ τοῦ Σόφωνος πρόποδας. Mihi Annae Bryenniique verba eundem locum significare videntur, et loco utroque Βασίλεια legendum esse puto, ni in his omnibus locis latet veterum nomen Βασιλικά, quae fuere θέρμαι juxta Pythia, coll. Stephano Byzantino s. v. Θέρμαι. Verum recurro ad Metabolen. Ergo Cinnamus 3, 17 (Ed. Bonn. pag. 127): Διατρέβοντι ἐν Μελαγγεῖσι (l. Μαλαγίνοις) τῷ βασιλεῖ περὶ τινα χῶρον, ᾧ Μεταβολὴ ὄνομα. De Malaginis (Melangiis) v. nos deinceps nr. 69.

50.

## Succoria.

Hanc vocem teneo, jubente libro albo, quanquam *Sangarius* aliis multo magis placebit, coll. notis criticis, nr. 85. Quid enim succoria (sacchari plantationes) medio nominum geographicorum tenore? Habuit tamen plane aevum succoria, maxime in Syria, coll. nobis in Beiträge zur Geschichte der Komnenen und Normannen, parte altera pag. 54 nota 76.

51.

## Paphlagonia. Bucellarii.

Regni Byzantini thematum (provinciarum) denominationes servans, Paphlagoniam index noster memorat et provinciam Bucellariorum. Illam Constantinus Porphyrogenitus de thematibus libro I (Opp. ed. Bonn. T. 3. p. 29) septimum orientis thema dicit, hanc sextum (p. 27). De singulis utriusque urbibus eundem adi. Noster libellus nullam urbem memorat, quod usui ejus refragatur, solam provinciam citans.

52.

## Oenaeum. Sinope. Pauraë.

Has urbes e codicum turbis protraxi in notis criticis nr. 88. 89. De Oenaeo haec jam addi velim, item de Pauraë. Cinnamus 7, 1 (Ed. Bonn. pag. 293): *Τραπεζοῦντι καὶ Οἰνατῶ πόλεσιν .. Ποντικαῖς*. Fuit Andronici, postea imperatoris, ultima sedes et provincia, antequam regnum iuvaderet. Nicetas in Alexio, Manuelis filio, cap. 2 (Ed. Bonn. p. 294): *Πρὸς τὸ Οἰναῖον στέλλεται* (Andronicus). Idem in Andronico 2, 13 (p. 463 ed. cit.): *Πλήρη δὲ πότου τὸ Οἰναῖον .. ἔξ οὐπερ Ἀνδρόνικος ἀπέβας .. πρὸς Κωνσταντίνου πόλιν παρεγένετο*. Medio aevo corrupte dicebatur *Onio*, *Honio*, coll. Periplo Ponti Euxini octuplo (Constantinus Porphyrog. nostrae edit. p. 41); Turcice nunc *Unieh*. Et Pauraë dicta videbatur *Pormon*, *Pairno* cett., si fides corruptissimis nautarum lectionibus Peripli modo citati, ibidem.

53.

## Mitylene.

Lesbum insulam sic medio aevo dictam fuisse, in Thessalonicensibus monstravi pag. 516 sq.

## 54.

## Lemnus.

Hujus insulae memoria apud Graecos medii aevi scriptores satis frequens est, jungique cum Lesbo solet, quod non levis momenti esse videtur in nostra lectionis emendatione. Ergo Theophanes continuatus in Leone, Basillii filio, cap. 18 (Ed. Bonn. p. 365): *Κατεσχέθη καὶ Ἀἴμνος (a. 904) ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν, καὶ πλείστος ἤχμαλωτίσθη λαός.* Quod iisdem fere verbis repetit Cedrenus ed. Bonn. T. 2. p. 260. Idem Theophanes continuatus p. 368: *Ἀποικτεῖν κατὰ Ἀἴμνον ἐῶσαν τὸν Ἡμέριον (l. Ἰμέριον).* Idem plane habet Cedrenus l. c. p. 263. Adde eundem Theophanem continuatum de eadem re pag. 405. 704. 735. 861. Sequentia secula (X—XII) de hac insula nil memorare video. Seculo XIII Lemni mentione cum Lesbo nil frequentius. Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 5, 28 (Ed. Bonn. T. 2. p. 436): *Ταῦτα καὶ ταῖς νήσοις Χίω καὶ Ἀἴμνω καὶ Μιτυλήνῃ ἐπράττοντο.* Nicephorus Gregoras 4, 6 (Ed. Bonn. p. 98): *Ἀἴμνον καὶ Χίον καὶ Ῥόδον (annis 1259—1282).* Idem 8, 1 (p. 285): *Λέσβον καὶ Ἀἴμνον (a. 1282—1328).* Idem 14, 5 (p. 709): *Λέσβον .. Ἀἴμνον .. Χίον (a. 1344).* Cantacuzenus ad annum 1322 (libro I, 31). Idem libro I, 51 (ad annum 1327, ubi isto tempore Dalmatae fere 2000 in insulas Lemnum, Thasum, Lesbum ut incolae transpositi esse dicuntur). Idem Cantacuzenus libro IV, 16 (ad annum 1349). Idem ibid. cap. 17 (ad annum 1350); cap. 42 (ad annum 1355). Seculum XV spectat Ducas cap. 22. 38. 44. Georgius Phrantza 4, 2. 19. 20 (*τῆς Ἀἴμνον πολίχνην .. Παλαιόκαστρον*). Idem ibidem cap. 23.

## 55.

## Scyrus.

Scyrus, Aegaei maris insula, ex oriente sinus Pagasetici, a  
Abhandlungen der III. Cl. d. k. Ak. d. Wiss. V. Bd. III. Abthl. (a) 14

scriptoribus medii aevi Graecis raro memoratur. De ea videatur Genesis regum libro II (Ed. Bonn. p. 38), sive de Michaelae Amoriensi: *Σκῦρον, μίαν τῶν Κυκλάδων* (?). Constantinus Porphyrogenitus de thematibus libro I (Ed. Bonn. T. 3. p. 43): *Ἀἴμωνος, Σκῦρος*, quas (licet dubitanter) ut Genesis Cycladibus adnumerat. Leo Sapiens eam habet in indice suo episcopali: *Τῷ Ἀθηνῶν* (metropolitae subsunt) .. *ὁ Σκῦρον κ. τ. λ.* Ex seculorum XIII, XIV historia legatur Georgius Pachymeres in Michaelae Palaeologo 5, 19 (Ed. Bonn. T. I. p. 391): *Ἀἴμωνον .. Σκῦρον*. De seculo XV Laonicus Chalcocondylas libro VIII (Ed. Bonn. p. 431): *Σκῦρον καὶ Σκόπελον* (Veneti in potestatem accipiunt post captam a Turcis Constantinopolin).

56.

## Abydus.

Abydi, unde in Europam ex Asia per Hellesponti fauces brevis admodum trajectus, vetus nomen medio quoque aevo a Graecis servatum est. Theophanes p. 670 ed. Bonn. (ad annum 755): *Ἐπὶ τὴν πόλιν* (Cpolin) ... *μέχρι τῆς Προποντιδος καὶ τῶν νήσων καὶ Ἀβύδου*. Idem ad annum 735 (p. 646): *Ἐξω τῆς Ἀβύδου*. Leo Grammaticus p. 187. ed. Bonn.: *Μέχρι τῶν νήσων* (Propontidis) *καὶ Ἀβύδου*. Cedrenus (Ed. Bonn. T. 2. p. 262): *Ὅς* (Leo Tripolita, Sarazenus) *Ἀβυδον διελθὼν καὶ τὸ Αἰγαῖον πέλαγος, Στροβήλων* (l. *Στροβίλων*) *προσορμίζει, εἶτα καταίρει πρὸς Ἰμβρον*. Idem pag. 389: *Τῷ τῆς Ἀβύδου ἐπισκόπῳ*. Idem p. 427: *Τὴν ἐν Ἑλλησπόντῳ πολιορκεῖν Ἀβυδον*. Idem pag. 444: *Προσεδρεύειν τῇ τῆς Ἀβύδου πολιορκίᾳ*. Idem p. 429: *Ἀπὸ Θράκης περαιωθῆναι εἰς Ἀβυδον*. Pag. 479: *Ἐν Ἀβύδῳ δὲ γενόμενος .. κατήλθεν εἰς Αἴμωνον*. Pag. 565: *Στρατευμάτων περαιωθέντων ἔκ τε Χρυσόπολεως καὶ Ἀβύδου πρὸς Θράκην*. Scylitza ad calcem Cedreni (T. 2. p. 703): *Ὁν ἀνίων* (reversus) *ὁ Διογένης ἐν Ἀβύδῳ περιώρισε πρότερον*.

Theophanes continuatus in Michaele Amoriensi cap. 13 (Ed. Bonn. p. 55): *Πρὸς τὴν Λέσβον . . τὴν ἐπὶ ᾿Αβυδὸν ἦει φέρουσαν δὴ περαιωθησόμενος.* Idem in Leone, Basilii Macedonis filio, cap 20 (p. 367): *Ὅς (Leo Tripolita, Sarazenus) ᾿Αβυδὸν διελθὼν τὴν πρὸς Ἑλλησπόντον . .* Idem Theophanes continuatus p. 615: *Καὶ κατήλθον (Bulgari ex Hexamilio Chersonesi) ἕως ᾿Αβύδου.* Idem p. 862: *Ἦλθεν οὖν ὁ Τριπολίτης (Leo, Sarazenus), καὶ εἰσῆλθεν ἔνδοθεν τῆς ᾿Αβύδου μέχρι Παρίου.* Cinnamus 2, 14 (Ed. Bonn. p. 72): *Ἐπὶ τὸν ᾿Αβύδου πορθμὸν.* Nicetas in Manuele Comneno 2, 8 (Opp. ed. Bonn. p. 131): *Σηστοῦ καὶ ᾿Αβύδου.* Idem ibidem 5, 4 (p. 209): *Τὰ Κοῖλα, ταῦτα δὴ περὶ Σηστόν τε καὶ ᾿Αβυδὸν.* Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 7, 18 (p. 600 ed. Bonn.): *Τὰ τῆς ᾿Αβύδου στενά.* Idem ibidem 7, 29 (p. 631): *Τὰ στενὰ τοῦ Ἑλλησπόντου.* Idem ibidem 3, 18 (p. 239): *Τῶν τῆς ᾿Αβύδου στενῶν ἔνδοθεν.* Cantacuzenus 4, 44 (Ed. Bonn. T. 3. p. 324): *Περὶ ᾿Αβυδὸν.* Ducas cap. 10 (Ed. Bonn. p. 39): *Σηστοῦ πρὸς ᾿Αβυδὸν.* Georgius Phrantza 1, 11 (Ed. Bonn. p. 45): *Ἐκ τῆς ᾿Αβύδου ἦλθεν ἐν τῇ Θράκῃ.* Laonicus Chalcocondylas libro X (p. 529 ed. Bonn.): *Καὶ πολίχνην μὲν ἐν τῇ ᾿Ασίᾳ περὶ Μάδυτον, ἣ δὴ στενώτατον τοῦ Ἑλλησπόντου ἐσπλέοντι, καὶ ἐν Εὐρώπῃ πολίχνην ἑτέραν ἀπέναντι τῆς ἐν ᾿Ασίᾳ πολίχνης.* Abydus in Asia quaeri debet, Madytus in Europa; quod latuit editorem Bonnensem, Bekkerum. Lege ᾿Αβυδὸν pro Μάδυτον.

57.

Strobilus. Samos. Tenus.

Has insulas prioris libelli explicatio tentavit nr. 36. 37, p. 62—66.

58.

## Samothrace.

Nomen suum nec haec insula medio aevo amisit. Videatur Nicephorus Cpolitanus (Ed. Bonn. p. 86). Theophanes continuatus ed. Bonn. p. 438. 706. 754. 922. Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 7, 11 (Ed. Bonn. T. 2. p. 584 sq.). Nicephorus Gregoras 15, 6 (Ed. Bonn. p. 766). Cantacuzenus 4, 34. 35. 37. 39. 42. 45. 47. Ducas (Ed. Bonn.) p. 40. 109. Georgius Phrantza cap. 23 (Ed. Bonn. p. 448 et alibi). Laonicus Chalcocondylas libro IX (Ed. Bonn. p. 469. 470).

59.

## Pylae. Pythia.

De utroque loco v. nos in prioris libelli explicatione nr. 68. pag. 90.

60.

## Ceramia.

Similis soni locum, Ceramidas, Georgius Acropolita habet cap. 30 (Ed. Bonn. p. 51): *Φρούριον .. ὃ Κεραμιδᾶς (l. Κεραμιδᾶς) ὀνομάζεται, περὶ ποῦ τοὺς βουνούς διακεῖμενον τῆς Κυζίκου.* Locum nostrum alibi non inveni.

61.

## Malagina.

Erat, cum *Magidia* mallem propter Georgium Acropolitam anal. cap. 15 (Ed. Bonn. p. 30): *Πέργαμος καὶ τὰ πλεῖστος ἐγκείμενα, Μαγιδιά τε καὶ Ὀψίγια (l. Ὀψίγιον);* quanquam ibi antea legebatur

*Μαλδία*. Verum librariis nostri libelli parendum esse video. Locum enim, nomine *Malagina*, prope Olympum, Mysiae montem, scriptores Byzantini agnoscunt. Ergo Theophanes ad annum 779 (p. 716 ed. Bonn.): Ἐξῆλθε πᾶσα βασιλικὴ ὑπουργία καὶ ἡ κόρτις (cortège) ἕως τῶν *Μαλαγίνων*. Idem ibidem pag. 744: Ὑπέστρεψεν ἕως τῶν *Μαλαγίνων*. Leo Grammaticus in Constantino, Leonis Chazari filio, pag. 195 ed. Bonn.: *Εἰς τὰ Μαλάγωνα* .. ἀτιμῶς ἐξήλασεν. Theophanes continuatus (Scriptores post Theophanem) in Leone Armenio cap. 3 (p. 9 ed. Bonn.): *Μέχρι τῶν Μαλαγίνων ὑπέστρεψεν*. Idem in Michaele, Theophili filio, cap. 36 (p. 198): *Κατασύρει τὸ Θρακῆσιον, καὶ τοῖς Μαλαγίνοις πησιάζει*. Adde eundem Theophanem continuatum p. 660, ubi antecedens locus fere integer repetitur. Genesisius regum libro IV (in eodem imperatore) p. 114 ed. Bonn.: Ὡστε μέχρι τῶν *Μαλαγηνῶν* (i. *Μαλαγίνων*) ἐλάσαι στρατὸν (emiri Arabici). Anna Comnena libro XV (p. 462 ed. Paris.): *Τοῦ Ὀλύμπου* (Mysiae) .. καὶ τῶν οὕτω καλουμένων *Μαλάγων* (i. *Μαλαγίνων*). Ergo haec quoque urbs in ipsa Bithynia, prope Nicaeam quaerenda, non prope Pergamum. Jam alia urbs, *Μελάγγεια*, τὰ, an cum nostra una eademque sit, difficile mihi dictu videtur. Ergo de Melangiis Cinnamus 2, 4 (Ed. Bonn. p. 36): .. τὰ *Βιθυνῶν ὄρια* .. *πολίχνην ἐν τοῖς οὕτω Μελαγγείοις καλουμένοις ἀνεγείρει*. Idem 2, 10 (p. 81): *Μέχρι μὲν οὖν Μελαγγείων καὶ Δορυλαίου πόλεων* .. Idem 3, 17 (p. 127): *Διατρέβοντι ἐν Μελαγγείοις τῷ βασιλεῖ περὶ τινα χώρον, ᾧ Μεταβολὴ ὄνομα*. Nicetas in Manuele 1, 2 (Opp. ed. Bonn. p. 71): .. *Μανουὴλ* .. *γεγονὼς κατὰ τὰ Μελάγγεια* .. *τῆς τῶν Μελαγγείων φυλακῆς*. Idem in Alexio, Isaacii Angeli fratre, 1, 3 (p. 609): *Τὸ πόλισμα τὰ Μελάγγεια*. Georgius Pachymeres in Michaele Palaeologo 2, 8 (Ed. Bonn. T. I. p. 102): *Τοῦ Μελαγγίτων* (sic) *Κωνσταντίνου* (Melangiorum episcopo Constantino). Idem in Andronico Palaeologo (T. II. p. 412 sq.): .. *Χηλῆ τε καὶ Ἀστροαβητῆ* .. *Ἰεροῦ φρουρίου* .. *Νικομηδεία* .. *Νίκαια* .. *Βηλόζωμα* .. *Ἀγγελό-*

κωμα .. Ἀναγουροδῆς (sic) καὶ Πλατανέα καὶ τὰ Μελάγγεια .. Κροῦλλα καὶ Κατοικία .. ἐξ Ἡρακλείου καὶ Νεμικώμεως πρὸς τὴν Νίκαιαν .. κατὰ Κίον .. πρὸς Νίκαιαν .. τοῖς Χαλκιδεῦσι καὶ Ἀλιζῶσι .. καὶ οἱ Βέβρυκες ἐκ Πυλῶν καὶ Πυθίων παρωνυμούμενοι .. περὶ τὴν Ἀσκανίαν (sc. λίμνην) .. Προῦσα .. Πηγὰὶ κ. τ. λ. Memorabilis ubertate nominum geographicorum locus, quem viris doctis, geographiae Bithynorum studiosis et peritis, commendatum esse velim. Ducas cap. 12 (Ed. Bonn. p. 129): Ἐγγὺς πρὸς Προῦσης, ἐν κώμῃ τινί, καλουμένη Μελαίνα (sic). An Μελάγγεια? Postremo Bithyniae promontorium, ἢ μέλαινα ἄκρον, vetus geographia novit, coll. Forbigero in Handb. d. alten Geogr. T. 2. p. 377. De loco Χηλῆ (veteribus Χῆλαι) v. eundem l. c. p. 391; de Cio eundem p. 382; de Ascania (lacu et fluvio) eundem p. 379. 380; de Prusa eundem p. 386.

62.

## Achyraus.

Illustravi hanc urbem in prioris libelli explicatione nr. 73. p. 97.

63.

## Adramyttium.

Vide nos ibidem explic. nr. 74. p. 98.

64.

## Chliara.

Urbs Pergamo atque Adramyttio vicina. Eam primus, ni fallor, Leonis Sapientis index episcopalis habet (Constantinus Porphyrogenitus nostrae editionis p. 45 sq.): Τῶν Ἐφέσου Ἀσίας (metropolitae Ephesi Asiae subsunt) .. ὁ Θουραίων, ὁ Χλιάρων (l. Χλιαρῶν). Est



horum episcoporum Chliarensis ultimus, numero XXXVI. Anna Comnena libro XIV (Ed. Paris. p. 421): *Πρὸς τὰ Χλιαρὰ καὶ Πέργαμον*. Eadem ibidem p. 429: *Ἡ Πέργαμος καὶ τὰ Χλιαρὰ*. Eadem ibidem p. 439: *Αἱ Ἀτραμντίου* (sic) *καὶ τῶν Χλιαρῶν*. Nicetas in Manuele 4, 7 (Ed. Bonn. p. 194): *Αἱ Ἀσιαναὶ πόλεις, τὰ Χλιαρὰ, τὸ Πέργαμόν τε καὶ Ἀτραμύτιον* (sic). Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 3, 15 (Ed. Bonn. T. 2. p. 234): *Ἀπὸ τῶν περὶ Πέργαμον διὰ Χλιαρῶν μέσων .. τοῦ κατὰ Χλιαρὰ φρουροῦ Θεμέλια* (terrae motus quassavit). Idem ibidem 5, 23 (p. 426): *Κάκειθεν* (ex urbe Germa) *Χλιαρὰ διελθὼν .. τὴν ἐπὶ Φιλαδέλφειας ἔσπευδεν*. Ducas cap. 26 (Ed. Bonn. p. 174): *.. Τῆς Αὐδίας ἐν τοῖς μέρεσι τοῖς πρὸς τὰ Χλιαρὰ* (l. *Χλιαρὰ*) *καὶ Θανάτεια*. Nostram urbem alia quoque scriptorum Byzantinorum testimonia memorarunt in Neocastrorum mentione, de qua urbe vide prioris libelli explicationem nr. 78. pag. 100. Ethnicum est *Χλιαρηνός*, coll. Ephraemio (Ed. Bonn.) versu 10175 sq.: *Κωνσταντῖνος* (patriarcha Cpolititanus) *.. ὁ Χλιαρηνός*.

65.

### Pergamus.

De hac urbe nobilissima vide nos in prioris libelli explicatione (vv. *Pergamus, Achyraus, Neocastra*, p. 97. 100). Adde nos in huius libelli explicatione nr. 63 (Adramyttium).

66.

### Neocastra.

Vide explicationem prioris libelli nr. 78. pag. 100.

67.

**Mylassus. Melanudium. Laodicea. Maeander.**

Vide explicationem prioris libelli nr. 75. 76. 82. 83. p. 98. 99. 105. 106.

68.

**Sampson. Samachium. Contostephanata. Camytzata.**

Vide notas criticas huius libelli nr. 112. 113. 114. 115.

69.

**Brysis.**

Haec urbs supra Cpolin prope Bizyam quaerenda est. Et proprie βρύσις est *fons, scaturigo*. Hanc jam Leonis Sapientis index episcopalis agnoscit (Constantinus Porphyrogenitus nostrae editionis p. 45): *Αἱ ἀρχιεπισκοπαί . . . ἡ Γάρελλα ἡ Βρύσις . . .* Ephraemius ed. Bonn. versu 8041 sq.: *Ἐπῆλθε μὲν Βιζύη, Λατίνων πόλει, πρὸς δ' αὖ γε Βρύσει.* Georgius Pachymeres in Michaelae Palaeologo 4, 6 (T. I. ed. Bonn. p. 266): *Ὁ Βρύσεως (episcopus).* Idem in Andronico Palaeologo 7, 28 (T. II. p. 629): *Τὰς δὲ δυνάμεις οἱ Ἀμογάβαροι αἰεὶ κατὰ Θράκην ἐκίνον, καὶ τοῖς κατ' αὐτὴν φρουροῖς προσεβάλλον, καθὼς καὶ Βρύσει τῇ λεγομένῃ . . . ἐκεῖθεν . . . ἐπὶ Βιζύης προῆγον.* Hanc igitur urbem a fonte quodam (βρύσει) nomen traxisse puto. Quod ut statuam, facit similis βρύσεως usus in aliis nominibus, quibus βρ. jungitur; immo simpliciter etiam alibi occurrit. Scylitza (ad calcem Cedreni T. 2. ed. Bonn. p. 741): *Καὶ ἐκτοτε ὁ τόπος (juxta Philippos et Cavalam Macedoniae) ἀνόμασται βρύσις τοῦ Βασιλακτοῦ* (qui rebellis ab Alexio Comneno ibi coecatus fuit, coll. Thessalonica p. 501). Idem refert Glycas libro 4 (Ed. Bonn. p. 617). Georgius Pachymeres in Michaelae Palaeologo 6, 24

(T. I. p. 487): .. τὴν σφετέρου κτήματος πρᾶσιν· τὸ δ' ἦν ἡ βρούσις τῆς γραταίας. (fons vetulae). Ubi sermo est de Scamandri amnis agro. Similis usus diminutivi βρουστον (fonticulus) apud Evagrinn hist. eccles. 6, 8, ubi de terrae motu Antiocheno: Πέπτωκε δὲ καὶ τὰ πολλὰ τῆς καλουμένης ὄστρακίνης (l. Ὀστρακίνης), καὶ ὁ πρόσθεν ἔφαμεν ψηφίον. (l. Ψηφίον), καὶ σίμπαντα τὰ καλούμενα βρουστα (l. Βρούστια, coll. Κορηίδες, fonticuli s. Φίλιπποι in Macedonia). Addo ῥυάκιον (diminutivum vocis ῥυάξ, rivus, fluvius), coll. Theophane in chronographia ad annum 783 (Ed. Bonn. T. I. p. 723): Ἰλαθεν. (Constantinus imp.) εἰς τὸ ἐπιλεγόμενον Προβάτου κάστρον, εἰς τὸ τοῦ ἁγίου Γεωργίου ῥυάκιν (i. e. ῥυάκιον). De v. βρούσις v. Hasianam Thes. Stephaniani editionem, T. 2. p. 441.

70.

### Daonium.

Hoc elegi pro inepto *Gehenna*. Magis quidem *Ganos* arrideret; quanquam hoc nomen initio libelli nostri habuimus (Explic. nr. 8). De Daonio, Thracica urbe, juxta Propontidem, v. notas criticas nr. 119.

71.

### Pamphylum.

Hanc Thraciae meridionalis urbem inter Rhaedestum (Rodosto) et Didymotichum quaere, coll. Rhamnusio de bello Cpolitano libro quinto ed. II. p. 122: *Pamphili* (sic) .. *quae urbs ad mediterranea Thraciae .. inter maritimam Rhaedestum et Didymoticum*. Nomen ejus modo scribitur cum litera ι, modo cum litera υ. Seculi X initio eam Leonis Sapientis index episcopalis habet (Constantinus Porphyrogenitus nostrae editionis p. 46): *Τῷ Ἡρακλειᾷ Θεράκης καὶ*

*Μακεδονίας* (metropolitae hi episcopi subsunt) ... *ὁ Μαδύτων, ὁ Παμφύλου, ὁ Μηδείας* celt. Anna Comnena 7, 1 (Ed. Bonn. T. I. p. 331): *Τὴν Χαριούπολιν .. καταλαμβάνουσι τὸ Πάμφυλον .. τοῦ οὐτωσὶ καλουμένου Παμφύλου τόπου.* Nicetas in Balduino Flandro (Opp. ed. Bonn. p. 824): *Τοῖς περὶ τὸ Πάμφυλον χωρίοις.* Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 6, 30 (Ed. Bonn. T. 2. p. 543): *Ἄφεις τὴν Ἀδριανοῦ, καὶ πρὸς τῷ Παμφύλῳ γενόμενος.* Idem ibidem cap. 32 (p. 552): *Ὁ βασιλεὺς καταλαμβάνει μόλις τὸ Πάμφυλον.* Idem 7, 19 (p. 605): *Κατειθεὶν (ex Adrianopoli) Παμφύλου πειρῶνται (Hispani Amogabari) .. ἐπὶ τὴν Καλλιόν (Callipolin) βαδίζουσιν.* Alii, ut dixi, Πέμφιλον scribunt. Nicephorus Gregoras 12, 14 (Ed. Bonn. p. 621): *Τὸ Παμφίλου πολίχμιον.* Idem 16, 3 (p. 805): *Περὶ Πάμφιλον .. τὴν πόλιν.* Cantacuzenus 3, 30 (Ed. Bonn. T. 2. p. 184): *Πάλεις πᾶσαι πλὴν Παμφίλου καὶ Κοπρίνου πόλεων κατὰ τὴν Θράκην, καὶ φρουροὶ τινὸς Ἐμπυθίου .. ἐγγὺς Διδυμοτείχου.* Idem ibidem pag. 187: *Τὸ Πάμφιλον .. τὴν τε ἀκρόπολιν.* Idem ibidem pag. 446: *Παμφίλου ἄρχοι.* Pag. 447: *Ἐκ Παμφίλου.*

72.

Cule.

Juxta Pamphylum (Pamphilum) haec urbs quaerenda est. Anna Comnena 7, 1 (Ed. Bonn. T. I. p. 331): .. *καταλαμβάνουσι τὸ Πάμφυλον .. ἀπέραντες τοῦ .. Παμφύλου .. καταλαμβάνουσι τὸ τοῦ Κούλη πολίχμιον.* Eadem ibidem: *Ἀναμεταξὺ τοῦ Κούλη.* Locum Κουλᾶ in Peloponneso quoque deprehendo, coll. Georgio Phrantza 2, 19 (Ed. Bonn. p. 200): *Τῆς Σπάρτης .. καὶ πάντων τῶν περὶ αὐτῆς (l. αὐτῆν), ἦγον Κουλᾶ, Ἐβραϊκῆς Τρίπης, Τζεραμίου κ. τ. λ.*

## Apros.

Haec urbs sita fuit juxta Pamphylum et Garellam. Erat nobilissimis Romanorum colonia. Hanc Theodosius Magnus sive condidisse, sive instaurasse dicitur, referente Cedreno T. I. ed. Bonn. p. 568: *Κτίσει δὲ καὶ πόλιν ἐν Θράκη, Θεοδοσιόπολιν ὀνομάσας, τὸν πρῶτον λεγόμενον Ἄπρων ἀπὸ τοῦ κτίσαντος αὐτὴν κατ' ἀρχὴν Ἄπρον, ὃς ἦν πενθερὸς Καρίνου, ὃς καὶ ἀνείλεν αὐτόν.* Novum Theodosiopolis nomen brevi post evanuisse puto. Eam seculis IX, X apud Leonem Sapientem imp. invenio in indice episcopali, ut urbem archiepiscopalem (Constantinus Porphyrogenitus nostrae editionis pag. 45). Apron diu post memorat Nicetas in Balduino Flandro s. Urbe capta (Ed. Bonn. p. 820): *Ἐξιῶν δὲ καὶ αὐτὸς Ἐρῶης (Henricus imp., Balduini fratris successor) .. τὴν δὲ ἔσοδον τοῦ Ἄπρω βιασάμενος..* Idem Nicetas ibidem pag. 831: *Ἐτεροι Σκυθῶν (Bulgaro-Vlachorum) ἀποσπάδες .. περὶ τὸν Ἄπρων ἐλάσασαι τοῦτον .. χειροῦνται καὶ ὄλον αἰροῦνται αὐτοβοεῖ.* In historia Catalanorum Hispanorum, quibus imperatores Graeci, expulsis Latinis, ut militibus conductitiis perquam molestis utebantur, Apros urbs Thracica haud raro memoratur, coll. Georgio Pachymere in Andronico Palaeologo 6, 32 (Ed. Bonn. T. 2. p. 549 sq.); 7, 12. 29 (p. 587. 633). Nicephorus Gregoras 7, 4 (Ed. Bonn. p. 229): *Τῶν οὖν Κατελάνων ἅμα τοῖς Τοῦρκοῖς δυοῖν μεταξὺ πολικῶν τὰς διατριβὰς τηρικῶντα ποιουμένων, Κυψέλλων καὶ Ἄπρων φημὶ κ. τ. λ.* (ubi spectatur annus 1282 sqq.). Idem ibidem cap. 7 (p. 244): *Οὗτοι γὰρ (Catalani) μετὰ τὸ γερόμενον περὶ τοὺς Ἀπρίους πόλεμον ἐπαρθέντες τῇ τε νίκῃ καὶ τῇ τῶν Τοῦρκοπούλων συμμαχίᾳ κ. τ. λ.* Singularem numero nititur idem Gregoras ibidem pag. 248: *Κατὰ τὰς περὶ τὴν πόλιν Ἄπρω πεδιάδας.* Eam cum Garella urbe plus semel Cantacuzenus jungit, coll. iis, quae de Garella exponemus. Adde eundem Cantacuzenum libro 2, 21 (Ed.

Bonn. T. I. p. 432), ubi cives dicuntur Ἄπριοι, quod repetitur libro 3, 77 (T. 2. p. 479). De Apro vide quoque Forbigerum in Handb. der alten Geographie T. 3. p. 1086. Nominis Ἄπρωσ scriptioem breviuscule attigit Schopenus ad Nicephorum Gregoram 7, 6 (p. 248 ed. Bonn.).

74.

### Didymotichus.

Vide nos in prioris libelli explicatione nr. 60. p. 82.

75.

### Cypsela.

Hanc urbem Thraciae antiquissimam simul et nobilissimam cum situ et nomine illustravi in Via Egnatia Commentat. II. p. 57 sq.; ubi eam urbi novitiae Turcarum Keischan prope Melanem fluvium respondere dixi. Haec statui, nisus veterum scriptorum testimoniis, adversatus Straboni, qui non intus sitam dicit, sed juxta Hebrum fluvium (fragm. libri VII nostrae editionis pag. 34).

76.

### Garella.

Est, ut modo dixi, juxta Aprum quaerenda, versus Adrianopolin, raro a Graecis memorata post Leonis Sapientis indicem episcopalem (Constantinus Porphyrogenitus nostrae editionis p. 45), qui eam dicit archiepiscopali dignitate ornatam. Cantacuzenus 1, 24 (Ed. Bonn. T. I. p. 123): Ἀπό δ' ἐξ αὐτῶν (Thraciae urbibus), τὴν Ἄπρων καὶ τὴν Γάρελλαν, φρουραῖς κατασχών. Idem ibidem cap. 27 (pag. 136): Εἰς Ἄπρω καὶ τὴν Γάρελλαν. Idem cap. 29 (p. 138): Ἐπὶ Ἄπρω καὶ Γάρελλαν. Idem cap. 30 (pag. 143): Ἄπρω . . . καὶ Γαρέλλη.

77.

## Cedoctus.

Loci in codicibus depravati medelam praestabunt historiae Byzantinae scriptores. Theophanes ad annum 805 (Ed. Bonn. T. I. p. 780): *Συνεξῆλθεν* (cum imperatore Michâele Amoriensi) . . . . *Προκοπία ἢ Ἀνγόστα ἕως τῶν, Ἀκιδούκτου* (usque ad regionem aquaeductus, i. e. Aquaeductus) *πλησίον Ἡρακλείας*. Posteriores scriptores *Κηδόκτος* scribunt in eadem plane re, per brevilloquentiam vel corruptelam. Ergo Theophanes continuatus (Scriptt. post Theophanem) in Michaele Amoriensi imp. cap. 17 (p. 65 ed. Bonn.): *Καὶ δὴ τῶν Ῥωμαίων ὄρων ἔντοςθε . . γενόμενος* (rex Bulgarus) *κατὰ τὸν Κηδόκτον χῶρον οὕτω καλούμενον*. Idem his ipsis verbis repetit Cedrenus de eadem re T. 2. ed. Bonn. p. 86. Neque aliter Genesius regum libro IV (Ed. Bonn. p. 42): *Κατὰ τὸν Κηδόκτον καλούμενον χῶρον*. Adde Zonaram in eodem imperatore (Ed. Wolff. T. 3. p. 103). Sequens quoque aevum *Cedocti* formatur. Nicephorus Bryennius 4, 5 (pag. 135 ed. Bonn.): *Ἐν τοῖς κατὰ τοῦ Κηδόκτου* (i. κατὰ τὸν Κηδόκτον) *πεδίτοις*. Anna Comnena 1, 4 de eadem re (Ed. Bonn. T. I. p. 26): *Κατὰ τὴν Θράκην γεγονός* (Alexius, mox imp.) *περὶ τὸν Ἀλμυρὸν ποταμὸν . . ἐν τοῖς Κηδόκτου πεδίτοις*. Qui Halmyrus fluvius inter Selybriam et Heracleam Propontidi infunditur, teste Cantacuzeno 3, 77 (Ed. Bonn. T. 2. p. 482): *παρὰ ποταμὸν . . Ἀλμυρὸν μετὰ Σηλυβρίας καὶ Ἡρακλείας*.

78.

## Vera. Macra. Trajanopolis.

Trans Hebrum extra ordinem index nos abducit. Has urbes illustravi in *Via Egnatia*, *Commentat. II. p. 34. 50. 51.*

## Tzympe.

Sic scribo, suadentibus scriptoribus Graecis. Cantacuzenus 4, 33 (Ed. Bonn. T. 3. p. 242): *Φρούριόν τι κατὰ Θράκην, Τζύμπην . . . προσαγορευόμενον.* Eandem idem scriptor plus semel repetit ibidem p. 276 — 279. Cantacuzeno paulo anterior Georgius Pachymeres Tzimpen scribit in Andronico Palaeologo 6, 13 (Ed. Bonn. T. 2. p. 509): *Τῷ φρουρίῳ τῷ Τζύμπῃ ἐγκαταβύεται.* Ubi Branchialium, juxta memoratum, hoc castellum Propontidi vicinum fuisse docet, et quidem juxta Callipolin, coll. nobis ad priorem libellum, explic. nr. 61. pag. 83.

## Madytus.

Madytum (hodie Maïto) in Chersoneso Thracica quaere, juxta Sestum. Strabo (fragm. libri VII pag. 38 nostrae editionis): *Εἶτα (post Hecubae sepulchrum) Μάδυτος καὶ Σησιῆς ἄκρα, καθ' ἣν τὸ Ἐξέξου ζεῦγμα, καὶ μετὰ ταῦτα Σησιός.* Nomen ejus scriptores Byzantini varie scribunt, modo *Μάδυτος*, modo *Μάδυτα* (τά); quem numerum pluralem praeter Stephanum Byzantinum s. v. (*Μαδυτεύς, ἀπὸ τοῦ Μάδυτα*) Leonis etiam Sapientis index episcopalis habet (Constantinus Porphyrogenitus nostrae editionis p. 45): „*LXIX: Τὰ Μάδυτα.*“ Singularem habet Anna Comnena libro XIV (Ed. Paris. p. 422); item Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 6, 3. 4. 7. 6. 17. 18. Pluralem tuetur Georgius Acropolita annal. cap. 22 (Ed. Bonn. p. 39): *Τὸ τῶν Μαδύτων ἄστυ καὶ Καλλιούπολι.* Idem cap. 33 (p. 55): *Ὁμοίως καὶ Μάδυτα.* Neque aliter Ephraemius in Caesaribus v. 8195 (Ed. Bonn. p. 330): *Τὰ Μάδυτα.* Eam urbem in Thessalonicensibus attigi p. 515. Adde Forbigerum in Handb. der alten Geographie T. 3. pag. 1080.



81.

## Megalotichus.

*Megalotichus* (Μεγαλότειχος, Μεγάλα τεῖχη) scribo pro isto *Jehaloticha*. Scriptoris locum (spero) sanavi ope Benjaminis Tudelitani, viatoris Hispanici sec. XII, cujus verba vide in Thessalonica p. 516. Et *Τείχος* ut *Τείχη* sensu appellativo plus semel occurrit, ubi veterum scriptores de Chersoneso Thracica cum locis vicinis loquuntur. Estne noster locus idem, quod *Μακρόν Τείχος* aliorum (Tzschucke ad Pomponium Melam T. 3, 2, 107)? Vide nos de his in *Hexamilio* (explic. nr. 15). De loco *Μακρόν Τείχος* adi quoque Forbigerum l. c. p. 1082.

82.

## Melibotum.

Urbs Chersonesi Thracicae, cujus scriptionem dubiam esse video. Ambigitur enim (ni fallor) inter *Melibotum*, *Molibotum*, *Polybotum*. Nicetas in Manuele Comneno 5, 4 (Ed. Bonn. p. 209): *Πρὸς τὸ Μελίβοτον καταχθεις .. κατάγεται εἰς τὰ Κοίλα .. περὶ Σηστόν*. Jam nosti situm loci, sc. in Chersoneso Thracica. Aliud Melibotum idem Nicetas ibidem habet 4, 2 (p. 170): .. τὸ Μελίβοτον καταλαβὼν (Andronicus fugax) καὶ τῶν ἑλλαν ἐπιβάς .. τὴν εὐθὺ τῆς Ἀρχιέλου ἔεται. Ea igitur urbs e borea Byzantii fuerit. Aliud rursus Scylitzes memorat (ad calcem Cedreni ed. Bonn. T. 2. p. 659): *Διαπόντιος* (per mare vectus) *ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Νικολάου ἐναπετέθη* (imp. Byz.), ἣ καλεῖται *Μολιβωτόν* (sic). His addo Annam Comnenam 7, 9 (Ed. Bonn. T. 1. p. 369. 370): *Τὸ Πολυβοτόν* (sic). Ubi praeter leviores lectiones variantes occurrit: *Μολυβοτόν*. Spectatur ibi ager urbis Rusii (Ruskiōi) et Cissi (Keischan), prope Chersonesum Thracicam. Cantacuzenus 1, 32 (Ed. Bonn. T. I.

p. 436): *Κισσὸν καὶ Πολύβοτον καὶ Ἀκονίτην, πόλεις Θρακικὰς. Idem 3, 76 (T. 2. p. 475): Πολύβοτον, πόλιν Θρακικὴν . . Τηροῖστασιν τὸ φρούριον. \*)*

83.

### Hyelocastellium.

Nicetas in Andronico Comneno 1, 1 (Ed. Bonn. p. 360): *Μιᾶ τοίνυν νυκτὶ πρὸς Θάλασσαν (Hellespontum) κάτεισι (Lapardas rebellis), καὶ ναυσὶν ἐμβὰς . . αἱ κατὰ τὸ Ἰελλοκαστέλλιον (l. Ἰελοκαστέλλιον) . . ἠτοιμάσθησαν, εἰς περσίαν (Asiam) γίνεται.*

84.

### Aenus.

Urbs Thraciae meridionalis vetusta, ibi posita, ubi Hebrus (Maritza) in mare Aegaeum immittitur, a fluvii sinistra. De ea vide Strabonis fragm. libri VII (p. 36. nostrae editionis). Sequens expositio aevum Byzantinum spectat. Anna Comnena 8, 3 (Ed. Bonn. T. I. p. 394): *Τὴν Αἶνον καταλαβεῖν . . ἐξεληλυθώς (Alexius Comnenus) τῆς Βυζαντίδος . . τὴν Αἶνον καταλαμβάνει (assequitur, venit) . . πρὸς τὴν Αἶνον ἐπάνεισιν. Ephraemius in Caesaribus ed. Bonn. versu 8230: Εἰς Αἶνον αὐτὴν πεφθακότες (delati Bulgari brevi post annum 1204). Georgius Pachymeres in Andronico Palaeologo 4, 25 (T. 2 ed. Bonn. p. 327): Ἐξ ὄτουπερ ἐκεῖνος Αἶνονθεν ἀπελύετο. Idem ibidem 7, 32 (p. 636): Αἶνον καὶ Μεγαρόσιον. Habuitque Aenus arcem (Georgius Pachymeres ibidem pag. 638. 639). Idem ibidem p. 611: Αἶνονθεν φεύγει (Turcarum sultanus). Eandem Geor-*

\*) Aliam Polybotum (Πολύβοτος, ἦ) Phrygia habuit, coll. Procop. hist. arc. cap. 18 (Opp. ed. Bonn. T. 3. p. 111).

gius Pachymeres in Michaelae Palaeologo 3, 25 memorat (T. I. p. 235). Nicephorus Gregoras 4, 6 (Ed. Bonn. p. 100): *Τὸ τῆς Αἴνου παράλιον πολυχρον.* Gregorà frequentius eam Cantaczenus memorat, sc. libro 3, 46. 68. 77 cett. Ducas cap. 44 (Ed. Bonn. p. 328). Phrantza 1, 22. 2, 2. 4, 19. 23 (ed. cit.). Laonicus Chalcocondylas libro I (ed. cit. p. 12): *Εἰς Τάταρον ἐμβάντα ποταμὸν τὸν κατὰ τὴν Αἴνον.* Ubi pro *Τάταρον* (*Τέταρον* Herodoti) lege τὸν Ἐβρον (*Ἐδρον*). Nempe Tearus, cymbis, non triremibus navigatus, ab urbe Aeno admodum distat, inque Erigonem (Riginiam, Reginam, Erkene) influit, hic vero in Hebrum, qui labitur κατὰ τὴν Αἴνον (juxta Aenum). Idem Laonicus Chalcocondylas libro X (ed. cit. p. 520): *Αἴνον πόλιν, τὴν ἐν Θράκη, παρὰ τῷ Ἐβρω ποταμῷ.* Unde nostra antecedentis loci medela plane confirmatur. Tearusque ab Adrianopoli, quam Hebrus ut Aenum praeterlabitur, stadiis LXX distat e meridie, vix amplius, mouente eodem Chalcocondyla libro I. p. 30. De Tearo v. nos in Prolegg. ad Constantium Porphyrogenitum p. XXVIII sq. De Aeno adi vetustiorum scriptorum testimonia apud Forbigerum in Handb. der alten Geographie T. 3. p. 1079. His adde Grisebachium in Reise durch Rumelien und nach Brussa im Jahre 1839. Gottingae 1841. T. I. p. 144—188.

85.

### Rusium.

Cum scriptoribus Graecorum pro *Russa* Latinus scribere debebat *Rusio* (*Ρουσιῶν*). Est locus prope Cypsela quaerendus, ex ejus oriente puto, Turcis *Ruskiöi*, coll. Via Egnatia Commentat. II. p. 21. Eam urbem post Leonis Sapientis indicem episcopalem (Constantinus Porphyrogenitus p. 45 nostrae editionis) raro memorant scriptores Graeci. Anna Comnena 7, 9 (Ed. Bonn. T. I. p. 369): *Τὸ Ρούσιον .. καὶ κατὰ τὸ Πόλυβοτον.* Eadem ibidem pag. 370: *Μέχρις*

αὐτοῦ Ῥουσίου. Pag. 373: Μέχρι τοῦ ῥέοντος ποταμοῦ ἔγγυς τοῦ Ῥουσίου .. εἰς τὸ Ῥούσιον .. ἄπαντας Ῥουσιώτας. Ubi fluvius anonymus non alius esse poterit quam Melas (Byzantinorum *Μαυρος Ποταμος*). Eadem pag. 374: Πρὸς τὸ Ῥούσιον. Ibidem: Διὰ τοῦ Ἄσπρου καλουμένου τῷ τότε διελθόντες χωρίου .. τὸ Ῥούσιον καταλαμβάνουσι. Ubi Ἄσπρου (Ἄπρω) legendum, coll. iis, quae ad priorem libellum (explic. nr. 53. p. 76 sub v. *Selybria*) exposuimus. Ἄσπρον alibi non occurrit. Nicetas in Balduino Flandro (Opp. ed. Bonn. p. 830 sq.): Προσπελάσαντα τῷ Ῥουσίῳ (Nicetas de se) .. τὸν τῷ Ῥουσίῳ περρακείμενον τόπον. De regione, quae Propontidem et Hebrum inferiorem interjacet, consule Grisebachium l. c. T. I. p. 111 — 143.

86.

### Bardarius.

Excepta Vera, Macra, Trajanopoli, omnem tractum, qui patet inter Hebrum et Axium, libellus omittit, nosque ad hunc ipsum fluvium s. Bardarium (Vardarium) abducit, ne Thessalonicae quidem mentionem faciens; de qua omissione vide nos in praefatione (pag. 49). Bardarium cum Bardariotis uberius exposui in Thessalonica p. 70sq. p. 287 sqq.

87.

### Berrhoea.

Eam prior quoque index habet. Explicavi hanc in Thessalonica p. 58 sq.

## Drogubitia. Slavitzza. \*) Gyrocomium.

Vide notas criticas nr. 148. 149.

- \*) De orthographia nominis Σκλάβος, Σθλάβος etc. quaedam addere libet Ergo Constantinus Porphyrogenitus de thematibus (provinciis) 2, 6 (Opp. ed. Bonn. T. 3. p. 53): Ἐσθλαβώθη δὲ πᾶσα ἡ χώρα (Peloponnesus) καὶ γέγονε βάρβαρος, ὅτε ὁ λοιμικὸς θάνατος πᾶσαν ἐβόσκειτο τὴν οἰκουμένην, ὀπηρῖκα Κωνσταντῖνος ὁ τῆς κοπρίας ἐπώνυμος τὰ σκήπτρα τῆς τῶν Ῥωμαίων διεῖπεν ἀρχῆς (a. 741—775). ὥστε τινὰ τῶν ἐκ Πελοποννήσου μέγα φρονούντα ἐπὶ τῇ αὐτοῦ εὐγενείᾳ, ἵνα μὴ λέγω δυσγενείᾳ, Εὐφήμιον ἐκείνον τὸν περιβόητον γραμματικὸν ἀποσκῶψαι εἰς αὐτὸν τουτοῖ τὸ θρυλούμενον ἰαμβεῖον· γαρσδοειδῆς ὄψις, ἐσθλαβωμένη. Ἦν δὲ οὗτος Νικήτας, ὁ κηδεύσας ἐπὶ θυγατρὶ Σοφίᾳ Χριστοφόρον τὸν υἱὸν τοῦ καλοῦ Ῥωμανοῦ καὶ ἀγαθοῦ βασιλέως (i. e. orthodoxi). Ubi nos nuper (Constantinus Porphyrogenitus nostrae editionis praef. p. IX): „Ἐσθλαβώθη idem est quod *in servitutem redacta*, non *slavinizata*, quod posterius aliunde notum est; idque ipsum inest verbis γέγονε βάρβαρος. Namque hi barbari erant Slavi; unde βάρβαρος h. l. est *Slavica*. Postremo in versiculo illo satirico vocem γαρσδοειδῆς Kopitarius (Hesychius glossographus p. 63) e lingua Russica derivat, ut sit idem quod Francicum *habile, droit*. Anne *vafser*? Mihi sc. poeta de facie nobilis cujusdam Nicetae, *vafritiem* *servilem* (ἐσθλαβωμένην) prae se ferente, loqui videtur.“ Quibus haec jam addere libet: quodsi quis in versiculo nostro de Slavo cogitare velit, is ad hunc alludi dicet voce Russica γαρσδοειδῆς, non voce ἐσθλαβωμένη. Obloquitur Fallmerayerus, nostrorum studiorum fautor (Fragmente aus dem Orient, T. 2. p. 396. not.): „Umsonst nimmt Dr. Tafel . . die alte Erklärungsweise „in servitutem redacta““ in Schutz. Es scheint . . ihm zu entgehen, dass die byzantinischen Autoren den Begriff „in servitutem redigere““ *allzeit* durch die Form *σκλαβώνω* (zum Slaven machen), den *Volksbegriff* dagegen durch die Form *σθλάβος*,

## Platamo. Molyscus. Moglëna. Prilapus. Prespa. Pelagonia.

De his urbibus vide nostram earum explicationem in priori libello nr. 8. 20. 21. 22. 23. 50 (pag. 40. 49—52. 74). Adde notas criticas ad hunc posteriorem libellum nr. 151.

σθλαβώνω ausdrücken. Demnach wäre es im byzantinischen Sprachgebrauch gerade wie im deutschen: σθλάβος ist ohne Ausnahme die Volksbezeichnung „„Slave;“ „σκλάβος aber (mit eingeschaltetem κ) bald das Volk, bald der Knecht, *Slave* oder Sklave.“\*) Duplici titulo falli videtur vir egregius. Et primo quidem falsum est, quod dicit Fallmerayerus, vocem σθλάβος semper significare gentem Slavicam. Nicetam ab eo non inspectum video in Manuele 4, 2 (Opp. ed. Bonn. p. 168): Προκοίτου παιδός εἰς τὰς σωματικὰς ὑπηρεσίας εὐμοιρηκῶς ἄλλοεθνοῦς (puerum cubicularum ad corporis ministerium nactus, sc. Andronicus captivus, extraneum). Ubi Nicetae codex Augustanus (nunc Monacensis): σθλάβου βαρβάρου. Ad Nicetae vero locum haec annotat Fabrotus in glossario suo (ed. cit. p. 925): „σκλάβοι ὠνητοί, *esclaves*, pag. 58 [ed. Paris.]. Johannes Cantac. 4, 14: ἐξ ὧν ἔχει ἀφ' ἡμῶν σκλάβων. Hinc σκλαβοῦν, in servitatem redigere .. Alii σθλάβους dicunt, ut Nicetae pagina 85 [ed. Paris.] in annotatione. Astrampsyclus: καὶ ἀσθένειαν καρδίας, καὶ ἀπὸ γυναικὸς σθλάβων καὶ δούλων ζημίαν. Atque ita intelligendum videtur, quod scribit Constantinus Porphyrog. de them. lib. 2. them. 6: ἐσθλαβώθη δὲ πᾶσα ἡ χώρα. Anna Comnena Alexiados 2 [Ed. Bonn. T. I. p. 83 sq.]: Καὶ μᾶλλον τῶν εἰρημένων δύο βαρβάρων σθλαβογενῶν, \*\*) τοῦ τε Βορίλου φημι καὶ τοῦ Γερμανοῦ.“ Bene sic Fa-

\*) Non aliter alius studiorum nostrorum fautor, Schafarikus, cui eidem hic Nicetas Slavus fuisse videtur (Slav. Alterth. T. 2. p. 196). E Constantino talia minime consequi puto, desideroque alia vetustatis documenta,

\*\*) Annae editores Σθλαβογενῶν scribunt, atque interpretantur: *Slavici generis*; editor Bonnensis: *Slavonici* (?) generis, qui sc. audisse videtur, istos homines in Slavonia natos fuisse. Aliter vir summus Du-Cangius

## Stanum.

Quid Pelagonia (Heraclea Lyncei, Bitolia s. Butli Bulgarorum, Toli - Monastir Turcarum) cum *stagnu*? Stagnum prope Bitoliam,

brotus. Astrampsychi vero loco vox *δούλων*, more Byzantinorum, est repetitio et interpretamentum vocis *σθλάβων*. Ergo *σκλαβόω* s.

ad Annae locum: „*servilis conditionis et obnoxiae*: ita Borylum et Germanum perstringit Anna. *Plerique principes, ait Plinius in panegyrico, cum essent civium domini, libertorum erant servi: horum consiliis, horum nutu regebantur, per hos audiebant, per hos loquebantur.*“ Borilum et Germanum Slavos genere fuisse, id ego neque affirmaverim, neque negaverim; verum istud ex ipsis Annae verbis minime consequitur, apud quam teneri poterit *σθλαβογενῶν* (*generis servilis*). Adde scriptores post Theophanem in Michaelae Amoriensi cap. 10 (Ed. Bonn. p. 50): *Τούτον ὀμῶσθαι . . τὸν Θωμᾶν (rebellem s. tyrannum) ἐξ ἀσήμεων τε γονέων καὶ περιγῶν, ἄλλως δὲ καὶ σκλαβογενῶν.* Ubi edd. *Σκλαβογενῶν*. Apud scriptores quoque citatos tene *σκλαβογενῶν*. Thomae parentes cum ipsi erant ignobiles et inopes, tum parentes habebant servos, i. e. erant *δουλογενεῖς* s. *δολογέννητοι*, de quibus vocibus adi Hasianam Thesauri Stephaniani editionem T. 2. pag. 1652. Jam hunc Thomam barbarum fuisse Cedrenus dicit, sed fama ambigua (Ed. Bonn. T. 2. p. 74): *Περὶ οὗ διττοὶ φέρονται λόγοι· ὧν ὁ μὲν εἰς ὀμῶσθαι τοῦτόν φησιν ἐξ ἀσήμεων γονέων καὶ περιγῶν καὶ τὸ γένος βαρβάρων . . ἄτερος δὲ (p. 75) τοῦτον εἶναι φησὶ τὸν Θωμᾶν τὸν τῷ Βαρδανίῳ . . συνόντα.* Ergo — sic quidam concludent — apud scriptores quoque post Theophanem, quorum verba Cedrenus repetit, legendum erit *Σκλαβογενῶν*; Thomam enim barbarum dicit Cedrenus; ergo fuit Slavus. Audio. Sed posterior fama eum dicit Bardanii (Vardanii) assecclam; quae vox (Vardan) non est Slavica, sed Armenica vel Persica. Unde Thomam, ut Vardanius, hominem orientalem fuisse statues. Quod vero maioris momenti esse videtur, id ego nunc maxime exponam. Forma *Σκλαβογενῆς* est forma poetica, non prosaria. Sic dicitur *Αἰγυπιογενῆς* (Aesch. Pers. 34. Suppl. 31), *Διογενῆς*, *Κυπριογένεια*, *Τροιογένεια* cett.; sc. poetice. Scriptor vero pedestris num unquam dixerit *Κελτογενῆς*, *Ἑλληνογενῆς*, *Σκλαβογενῆς* cett., ego quidem nondum legi, multa legens. Immo dicitur *Κελτός* (*Κέλτης*), *Σκλάβος* cett. *τὸ γένος*, vel *ὁ ἀπὸ Κελτῶν*, *Σκλάβων*, *Σκλάβος*, coll. Theophane p. 680 ed. Bonn.: *Χειροτονεῖται Νικήτας, ὁ ἀπὸ Σκλάβων, εὐνούχος, ἀθέσμιος πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως.* Quod Cedrenus sic narrat (Ed. Bonn. T. 2. p. 14): *Ἀντιχειροτονεῖ δὲ πατριάρχην Νικήταν, εὐνούχον καὶ Σθλάβον.*

superioris Macedoniae urbem notissimam, nemo inveniet. Et stagnum Doïrani (Tauriani Itinerariorum) remotum hinc est satisque exiguum. Propior est Ostrobi (Ostrovae, Arnissae puto veterum) lacus (Grisebach. l. c. T. 2. p. 152); qui medio aevo multo major fuisse videtur, quam hodie, coll. Edrisio (Constantinus Porphyrogenitus nostrae editionis p. 32); quo scriptore Grisebachium non usum video. Quid vero in tali urbium indice palus stagnumve? Ergo lenissima mutatione legas *Stano*, quae urbs medio aevo ibi locorum fuit. Nicetas in Alexio, Isaacii Angeli fratre, 3, 7 (Opp. ed. Bonn. p. 709): *Πελαγονίαν καὶ Προίλαπον* (Perlepe) .. καὶ αὐτοῦ τοῦ Στανοῦ. Georgius Acropolita annal. cap. 81 (Ed. Bonn. p. 181): *Στανὸν καὶ*

---

*σθλαβώνω* (si recte sic legitur) ut *δορλόω* est in *servitutum redigo*, atque ὄψις ἐσθλαβωμένη est *facies hominis in servitutum redacti*, i. e. *facies servilis*. Accedit altera ratio. Graecos Byzantinos tam solece locutos putat Fallmerayerus, ut *σθλαβόω* (*σθλαβώνω*) dicerent, i. e. *Slavum facio*. Quis vero audivit voces ῥωμαϊόω, ἑλληνόω, μακεδονόω, περσόω cett.? Dicitur ῥωμαϊζώ, ἑλληνίζω cett. Jamque haec verba intransitiva quidem s. neutralia plerumque esse constat, ut e. g. ἑλληνίζω sit *Graecus sum*, *Graecos imitor* cett. Verum etiam transitiva sunt, id quod de verbo ἑλληνίζω constat. Thucydides 2, 68: *Καὶ ἑλληνίσθησαν τὴν νῦν γλῶσσαν τότε πρῶτον ἀπὸ τῶν Ἀμπρακιωτῶν ξυνοικησάντων* (tum primum Graeci facti sunt, et linguam Graecanicam, qua nunc utuntur, didicerunt ab Ampraciotis, qui cum ipsis habitabant). Ubi schol.: *Ἕλληνες ἐγένοντο*. Dio Cassius 55, 3: *Ἐλληνίσαι γὰρ αὐτὸ* (vox *auctoritas*) *καθάπαξ ἀδύνατον* (uno verbo Graeco non potest comprehendi). Libanius vol. I. p. 305: *Ἐλληνίζων διετέλεσε τὸν βάρβαρον* (Graecum facere non desiit barbarum). Eusebius praep. evang. 10 (apud Suicerum in thes. eccles. s. v.): *Τοὺς Ἰουδαίους ἑλληνίζων* (gentiles faciens) *πλείστοις ὁσους αἰτῶν . . . ὑπὲρ τοῦ οἰκείου νόμου καὶ τῆς παιρῶας εὐσεβείας ἀνήρει*. De hoc usu v. ἑλληνίζω v. Hasianam Thesauri Stephaniani editionem T. 3. p. 768. Ergo *σθλαβόω* (*σθλαβώνω*) est in *servitutum redigo*, *σθλαβίζω* (*σθλαβίζω*) *Slavum facio*.



*Σώσκον καὶ Μολυσκόν.* Ephraemius in Caesaribus (Ed. Bonn.) v. 9395 sq.: *Στανὸν παραμείψας δέ, Σώσκου (Ἰ. Σωσκοῦ) χωρία, καὶ Πελαγονίας δὲ τὰς πεδιάδας, Ἀγχοῦ Προλάπου φρονότου κατεστάθη.*

91.

### Dodecanesus.

In terra continenti quid tandem Dodecanesus (insulae XII)? Mari talia conveniunt; et Dodecanesum (XII insularum systema, i. e. Cycladas) in priori libello habuimus pag. 62 sq. Jam Prespa urbs lacui quidem cognomini apposita est, coll. iis, quae ibidem e veteribus annotavimus; unam vero insulam istius paludis tabulae regni Turcici geographicae praebent, non plures, certe non duodecim: est enim illa Prespae insula perquam exilis. Hinc coniecturis (quid aliud?) campus quidam aperiendus. Fuitne, inquam, illa insula duodecim apostolis sacra et dicata, unde nomen? Sanctorum autem nomina orthodoxa Graecorum ecclesia urbibus suis imponere amabat.

92.

### Larissa.

De hac Thessalorum metropoli vide prioris libelli explicationem nr. 49. pag. 73.

93.

### Blachia. Servia. Castoria. Deabolis. Pharsala. Domocus.

Vide prioris libelli explicationem nr. 5. 9 (pag. 37. 41), nr. 40. 44. 45 (pag. 68. 70 sq.).

94.

### Bessena.

Thessaliae urbs, *Bissina* quoque dicta, prope Pelion montem.

Eam attigi in Thessalonica p. 496. Hujus urbis nomen iam habet Leonis Sapientis index episcopalis (Constantinus Porphyrogenitus nostrae editionis pag. 49): *Τῷ Λαοίσσης* (metropolitae episcopi subsunt) . . . ὁ *Βεσσηνης* (l. *Βεσσηνης*) κ. τ. λ. Adde nos in prioris libelli explicatione nr. 42. pag. 69.

95.

## Sibictus.

Leonis Sapientis index episcopalis l. c. p. 50: *Τῷ νέων Πατρῶν* (metropolitae episcopi subsunt) . . . ὁ *Σιβίχτου* κ. τ. λ.

96.

## Neopatrae.

Neopatrae, Turcarum Pdraschik, juxta Spercheum (Helládam) fluvium, sub Oeta Locrorum monte quaerendae sunt. Quae urbs cuiusnam veterum respondeat, id vero disputari video. Aliis Hypata, Aenianum caput, significari videtur, coll. Thessalonica nostra p. 393. Aliter Constantinus Porphyrogenitus them. libro 2 (Opp. ed. Bonn. T. 3. p. 416), ubi Synecdemi Hieroclei verba (*Ἰπάτα, Μητρόπολις, Τριζικη, Γόμφοι*) hoc ordine repetit: . . . *Γόμφοι, Ἰπάτη, μητρόπολις, αἱ νῦν λεγόμεναι Νέαι Πάτραι*. Quae Wesselingius (ad Hieroclem p. 642) sic legit: . . . *Ἰπάτη, Μητρόπολις, αἱ νῦν λ. Ν. Π.*, assentiente Mannerto in Geogr. d. Gr. u. R. Tomo 7. p. 596. Jam prima recte; male vero, quae de Metropoli habet Wesselingius. Veterum enim de Metropoli nostra (fuit et alia in Thessalia) testimonia aliud snadent, coll. Jul. Caes. b. civ. 3, 80. Liv. 32, 13. 15. 36, 10. His enim testibus nostra Metropolis Peneo superiori, non Spercheo, propinqua fuit; qui multo magis est meridionalis, ubi Novae

Patrae.\*) Quare istud Constantini *αἱ* . . Πάτραι ordine falso positum est, totusque ejus locus sic legendus: Γόμοι, Μητρόπολις, Ἰπάτη, αἱ νῦν λεγόμεναι Νέαι Πάτραι. Quod verum esse, suadet Ptolemaeus geogr. 3, 13: Ἐστιαιωτῶν Γόμοι . . Μητρόπολις· Θεσσαλῶν Ἰπάται. — Verum recurro ad Novas Patras, Νεοπάτρας, addens quaedam de Patris (veteribus) Peloponnesi. Novas Patras primus, ni fallor, index Leonis Sapientis episcopalis memorat sec. IX. X (Constantinus Porphyrogenitus nostrae editionis pag. 50), his verbis utens: Τῶ Νέων Πατρῶν (metropolitae) Ἑλλάδος (subsunt seqq. episcopi). Seculis XIII. XIV. XV urbis nostrae memoria haud raro occurrit, scriptoribus modo habentibus νέας (Νέας) Πάτρας vel νέαν Πάτραν, modo simpliciter Πάτραν vel Πάτρας. Ergo Nicetas in Andronico Commeno 2, 5 (Opp. ed. Bonn. p. 430): Τῶ νέων Πατρῶν Εὐθυμῶ. Georgius Acropolita cap. 82 (Ed. Bonn. p. 182 sq.) . . τὴν Θεσσαλίαν . . τὴν νέαν Πάτραν. Ephraemius in Caesaribus versu 9421: Πάτραν τὴν νεωτέραν. Georgius Pachymeres in Michaelae Palaeologo 4, 3 (Ed. Bonn. T. I. pag. 325 sq.): Τῶν νέων Πατρῶν ἐπιστάντος τοῦ δεσπότη (Albaniae). Idem tamen 2, 11. p. 107 Patram simpliciter dicit (Πάτρα καὶ Τοίκεη). Nicephorus Gregoras 4, 9 (Ed. Bonn. p. 112 sq.): Τὸ μέντοι φρούριον ἐκεῖνο τῶν νέων Πατρῶν, ἐξ ὑψηλοῦ τοῦ (l. του) ὄρους ἰδρυμένον. Idemque Patras Peloponnesi dicit Πάτρας τὰς παλαιάς, libro 11, 6 (p. 546), coll. Theophane continuato in Basilio Macedone cap. 11 (Ed. Bonn. pag. 226): Πάτρας τῆς Ἀχαιῆς; velut etiam Laonicus Chalcocondylas modo citandus. Is igitur libro II (Ed. Bonn. p. 67): Πάτρας τὰς ἐν τῶ πεδίῳ πρὸς τῆ

\*) Mecum consentit Kiepertus in tab. Graeciae geographica fol. XIII. Item Forbigerus in Handb. der alten Geogr. T. 3. p. 886. Is tamen, quod etiam Wesselingio accidisse video, Ptolemaeo non usus est ad emendandum Constantinum Porphyrogenitum.

*ὑπωρεία τῶν Λοκρῶν ὄρους.\**) Idem vero scriptor libro V (p. 240): *Πάτρας τῆς Ἀχαΐας*. Idem libro VII (p. 349): *Πάτρας τῆς Ἀχαΐας, πόλιν εὐδαίμονα*. Idem libro IX (p. 457): *Εἰς Πάτρας τῆς Ἀχαΐας*. Georgius Phrantza veteres Patras (Peloponnesi s. Achaiae) simpliciter et *κατ' ἐξοχήν Patram* dicit libro 2, 2. 3. 7. 8. 9. 19; semel (libro 4, 22. p. 427) *παλαιὴν Πάτραν*. Postremo Cantacuzenus Novas Patras simpliciter dicit Patram, addito tamen Thessaliae (Vlachiae) nomine, libro I, 43 (Ed. Bonn. T. I. p. 211): *Μιχαὴλ τῶ δουκὶ τῶν Πάτρας ἀρχόντων καὶ τῆς κατ' αὐτὴν Θεσσαλίας*. Idem III, 53 (T. 2. p. 321 sq.): *Τὴν λοιπὴν Βλαχίαν ... εἰς δὲ τὰ ἄλλα κάστρα τὰ μετὰ τὴν Πάτραν διακεείμενα*. Patras veteres (Peloponnesi) attigimus in prioris libelli explicatione nr. 32. pag. 57 sq. Neopatrensis vero Metropolitae, Euthymii, monodiam, in sepulchro Eustathii Thessalonicensis dictam, edidi in Thessalonica pag. 392—400. Praeter numos urbium Thessalicarum, deinde inscriptiones terrae illius Graecas, cum ab aliis, tum a Böckhio editas, hic Euthymii metropolitae libellus post tantam seculorum seriem est unicum fere Thessaliae literatae monumentum. His addo e seculo XIII Graeca privilegiorum et donationum documenta, quae monasteria quaedam prope Halmyrum spectant, a Pasino edita in Catalogo codicum mss. Taurinensium, T. I. p. 417 sqq. Neque hoc mirabitur, qui Thessa-

\*) In situ Novarum Patrarum Nicephorus Gregoras et Laonicus Chalcondylas dissentire videntur. Neque tamen is verus est dissensus. Urbem Patradschik (Neopatras) circa Spercheum loco edito *sub* Oeta monte quaerendam esse constat; ibique revera urbis veterum Hypatae situs statuendus est, coll. Kiepert's tabula veteris Graeciae geographica nr. XIII. *Sub* Oeta haec urbs iacet, non *in* Oeta, quod Forbigero videtur in Handbuch der alten Geographie T. 3. p. 891 sq. De Hypata adi beatum Pauly in ipsius Encyclopaedia T. 3. p. 1546, ubi nunc dici ait *Spates*. Dicere debebat *Pa'radschik*. Est enim *Spates* vox nihili.

liam iam primis post Christum natum temporibus fere deserti speciem habuisse sciverit, coll. Dione Chrysostomo orat. 33 (ed. Reisk. T. II. p. 11): *Οὐχ ὁ Πηνειὸς δι' ἐρήμου ῥεῖ Θετταλίας;*

97.

## Belegezitia.

De his Slavicis Thessaliae incolis (Belegezitis) vide nostram Thessalonicam prolegg. p. LXXVIII. Urbs eorum fuit *Velestin*, olim *Pherae*.

98.

## Petria.

Vide notas huius libelli criticas nr. 170.

99.

## Cellia.

Sic legi velim pro corrupto *Viels* (*Viels*), coll. not. crit. nr. 171. De Celliis (*Κελλία, τά*) videatur Anna Comnena 5, 5 (Ed. Bonn. T. I. p. 245): *Καὶ τοῖς μέρεσι τῆς Ααρτάσης ἐγγίσας* (Alexius I Comnenus imperator bello Normannico a. 1082), *καὶ διελθὼν διὰ τοῦ βουνοῦ* (per montem) *τῶν Κελλίων, καὶ τὴν δημοσίαν λεωφόρον δεξιόθεν καταλιπὼν καὶ τὸν βουνὸν τὸν οὐτωσί ἐγχωρίως καλούμενον Κίσσαβον* (Ossam), \*) *κατήλθεν εἰς Ἐξεβάν* (al. Ἐξεβάν): *χωρίον δὲ τοῦτο Βλαχικόν, τῆς Ἀνδρωνείας (Ἀντρονίας?)\*\** *ἐγγιστα διακείμενον. Ἐκεῖθεν*

\*) Cissabi nomen (rarum apud Byzantinos esse video) iterum deprehendi apud Pasinum in codd. mss. bibliothecae regii Taurinensis Athenaei T. I (p. 355): *Ἐκδοτήριον Θεοδοσίου ἱερομονάχου ἐπὶ μονιδίῳ τῆς Παναγίας τῆ εἰς τὴν Χάρμαιναν διακειμένη ὑπὸ τοὺς πρόποδας τοῦ Κισσάβου.*

\*\*) Antron (Ἀντρον) forma Graecis usitata est, quae urbs situm

δὲ καταλαβὼν δὲ (dele hoc δὲ) ἑτέραν αὖθις κωμόπολιν, Πλαβιτζαν  
 συνήθως καλουμένην, ἀγχοῦ ποῦ τοῦ οὕτωσι καλουμένου ποταμοῦ ῥέ-  
 οντος διακειμένην . . . καὶ ἐγεροθεις ἐκειθεν ὁ βασιλεὺς ἀπῆλθεν ἄχοι  
 τῶν κηπουρείων (l. κηπουρίων) τοῦ Δελφινᾶ, κἀκεῖθεν εἰς τὰ Τρικαλα.  
 Ubi Schopenus: „ῥέοντος corruptum. An ποταμὸς eximie voca-  
 tur Salabrias sive *Peneus*?“ Mihi ῥέοντος sanum esse videtur.  
 Anna fluvii nomen omisit ut libro 7, 9 (Ed. Bonn. T. I. pag. 373):  
 Μέχρι τοῦ ῥέοντος ποταμοῦ ἐγγὺς τοῦ Ῥουσιῶ (Ruskiōi). Ubi signi-  
 ficatur, non exprimitur, fluvius Melas (*Macroptamo* Byzantinorum).  
 Fluvius et urbs (Plawitza) idem nomen habuisse videtur, more medi-  
 aevi et Turcarum vulgari; et Plawitzae nomen bis h. l. poni vix po-  
 terat. Mecum consentit usus dicendi Byzantinus, coll. Laonico Chal-  
 cocondyla libro I (Ed. Bonn. p. 13): Ἔστι Σογούτη (Sögüt) παρὰ (l. περὶ)  
 Μυσίαν (Asiae minoris) κώμη οὕτω καλουμένη εὐδαίμων, καὶ ποταμὸς  
 παρ' αὐτῇ οὕτω καλούμενος. Peneum certe flumen significari non  
 crediderim. Alexius enim, Peneo superato Tempisque cum Cissabo  
 (Ossa) a dextra relictis, iter primo meridionale, ut Normannos La-  
 rissae morantes lateret, eligens, inter Pelium (Zagoram) puto et Os-  
 sam (Cissabum) permeavit, hinc (procul a Larissa) Peneo superiori  
 raiecto Tricalam (Triccam) pervenit. Cellia illustravimus in Thes-  
 salonica p. 490.

100.

### Dipotamus.

Hoc nomen alibi quoque deprehendi, scilicet in Bithynia et in

---

habuit ad litus orientale sinus Maliaci. Latinis erat *Antronia*.  
 coll. Forbigero l. c. p. 890. Hicne locus significetur, equidem nescio.  
 Sic certe Alexius imp. immensis ambagibus utebatur ad evitandos Nor-  
 mannos Larissam tenentes. Annaeque narratio, ut alibi, parum habet  
 momenti geographici. Fuitne altera Antron (Antronia) in Thessalia?

Thracia meridionali, coll. prioris libelli explicatione nr. 65. pag. 85 sq.  
Hae urbes nomen traxisse videntur e situ inter duo flumina.

101.

## Galaza.

Leonis Sapientis index episcopalis (Constantinus Porphyrogenitus nostrae editionis p. 50): *Τῷ νέων Πατρῶν* (metropolitae subsunt episcopi) .. ὁ Γαλάζων, ὁ Σιβίβτου, ὁ Βαριανῆς.

102.

## Stagi.

Sic legi velim, coll. notis criticis nr. 174. Et Stagi (*Σταγοί*) nomen suum vetus retinuerunt, durante aevo medio. Leonis Sapientis index episcopalis l. c. p. 49: *Τῷ Δαρύσσης* (metropolitae subsunt episcopi) .. ὁ Κολύδρον, ὁ Σταγῶν *z. t. λ.* Cedrenus ed. Bonn. T. II. p. 475: *Καὶ εἰς τὸ φρούριον Σταγοῦς* (l. *Σταγοῦς*) ἔρχεται (imp. Graecus, Basilius Bulgaroctonus). Cantacuzenus 2, 28 (Ed. Bonn. T. I. p. 474): *Σταγοῦς δὲ καὶ Τρικαλα καὶ Φανάριον καὶ Δαμάσῳ (?) καὶ Ἐλασσῶνα*. Ubi lege *Ἐλασσῶνα*, more medii aevi, coll. Eustathio ad Hom. II. 2, 739. Respondet *Ἐλασσῶν* veterum urbi *Ἰολοόσσων*, ad radices Olympi; hodie Alássonna.\*)

\*) Emendo Procopium de Thessalia agentem, ab editoribus vero male habitum. Is igitur de aedificiis 4, 3 (Opp. ed. Bonn. T. 3. p. 274): *Ἐπὶ μέντοι Ἐχιναίου τε καὶ Θηβῶν καὶ Φαρσάλων καὶ ἄλλων τῶν ἐπὶ Θεσσαλίας πόλεων ἀπασῶν, ἐν αἷς Δημητριάς τέ ἐστι καὶ Μητρόπολις ὄνομα καὶ Γόμφοι καὶ Τρικάρτους, περιβόλους ἀνανεωσάμενος, ἐν τῷ ἀσφαλῆι ἐκρατύνατο*. Procopius puritatis veterum in nominibus appellativis scribendis haudquaquam immemor fuit, non minus ac coaevi Agathias, Hierocles, all. Hinc multae scribendi ineptiae

## Radobistium.

Leonis Sapientis index episcopalis l. c. pag. 49: *Τῷ Λαρίσσης* (metropolitae subsunt episcopi) .. ὁ Περιστεραιῶς, ὁ Ραδοβιστίου, ὁ

non ipsi debentur, sed scribarum stupori. Ergo primum lege *Ἐχίνου* pro inepto *Ἐχιναίου*, coll. iis, quae de Echino ulterioris aevi congressit Forbigerus l. c. T. 3. p. 891; quanquam ibi neglectum video Hieroclis locum, ubi itidem corrupte legitur *Ἐχινάϊος* (*Αἰχιονίσι* ante Wesselingium), neque aliter in Actis conciliorum, coll. Wesselingio ad Hieroclis locum (Const. Porphy. Ed. Bonn. T. 3. p. 418). Mox pro *Τρικάρτους, περιβόλους* cett. lege *Τρίκκα, τοὺς περιβόλους* cett.; quam meam Procopii emendationem praeoccupatam video a Wesselingio l. c. p. 417. Medio aevo ut nostro dicebatur Tricala. — Idem Procopius ibidem p. 280, 30 sqq.: *Ἀνενώθη καὶ ἐπὶ Θεσσαλίας φρούρια τάδε· Ἀλκῶν, Λόσσονος, Γερροντικῆ, Πέριβυλα, Κερκινέου*. Borealem Thessaliam, Macedoniae conterminam, immo ei iunctam, a Procopio spectari videmus. Verum haec quoque nomina misere corrupta esse patet, quanquam medela difficillima esse videtur. Jam pro *Ἀλκῶν*, quod est nihili, legerim *Ἀλκομεναί*, quae fuit urbs Hestiaotidis in Thessalia boreali et occidentali, versus Epirum, coll. Forbigerus l. c. p. 883. Mox *Λόσσονος* a scribis corruptum esse patet ex *Ὀλοόσσων* veterum. *Γερροντικῆ* quoque vix sanum esse puto. An *Γερρόνθραι*? Eam quidem formam in Laconicaprehendimus, coll. Forbigerus l. c. p. 992. *Πέριβυλα* deinde alibi non occurrit, sed *Βάργαλα*, Dardaniae urbs. An sic legendum? Multa enim urbium nomina terrae illae confines, Epirus, Macedonia et Thessalia, communia habuerunt. Postremo pro *Κερκινέου* lege *Κερκίνιον*, coll. Livio 31, 41: *Cercinium obsedere .. captum est Cercinium*. Fuit Cercinium prope lacum Boebeidem. — Idem Procopius ibid. 4, 3 (p. 274): *Ἀλλ' ἐπεὶ ἐς Θεσσαλίαν ἀφίγμεθα, φέρε δὴ τῷ λόγῳ ἐπιτετὸ ὄρος τὸ Πήλιον καὶ Πηγιδὸν ποταμὸν ἴωμεν. Ῥεῖ μὲν ἐξ ὄρους τοῦ Πηλίου πρῶν τῷ ῥεῖθρῳ ὁ Πηγιδός, ὠρᾷσται δὲ αὐτῷ περιῶ-*



*Πατρούνας*. Ex his nominibus ultimum (II.) vix sanum esse videtur. Legendum certe *Πατρούνας*. Anne *Ματρούνας*? Graecos enim multa urbium suarum, montium, cett. nomina a Sanctis petiisse constat. Sanctam autem martyrem Matronam Thessalonicae cultam fuisse novimus, ubi etiam templum habuit, coll. Thessalonica pag. LXIII. 151. Mox *Radobistium* idem est, quod *Radowitz* (*Radowischt*). Urbs cum nomine ut tot aliae Thessalorum post Turcarum principatum evanuisse videtur. De Radobistio v. nos in prioris libelli explicatione nr. 47. p. 72. Postremo nostrum (Thessalicum, ut videtur) Radobistium ad annum 1333 habet Cantacuzenus 2, 28 (Ed. Bonn. T. I. p. 475): *Κατὰ τὸ 'Ραδοβίσδιον* (sic) *προσαγορευόμενον*.

104.

## Athenae.

De his vide prioris libelli explicationem nr. 38. pag. 66. Et *ὄριον* (proprie *finis*) idem est Byzantinis quod *regio, ager*. Plane sic de eadem terra (Attica) eodem tempore loquitur Michael Acominatus, Athenarum metropolita, in hypomnestico (libro supplicatorio) ad Alexium III imp. (Thessalonica p. 462): *Τὸ καθ' ἡμᾶς ὄριον τῶν Ἀθηναίων* (provincia nostra Attica). Eiusdemque metropolitae frater, Nicetas, Acominatus in Balduino Flandro s. Urbe capta cap. 6 (Opp.

---

*ῥεομένη πόλις ἢ Λάρισσα*. Jam quid Peneus fluvius et mons Pelion? Procopius puto ut anteriores scriptores (Forbigerus l. c. p. 874. not. 32) Peneum e Pindo ejusque parte, Lamo monte (non *Lamo*, ut est apud Forbigerum), descendere bene scivit. Pelion, Magnesiaie mons, sive Zagora, hinc longe abest. Tu lege apud Procopium .. *τὸν Πίνδον.. τοῦ Πίνδου*. Inferius demum apud Procopium (p. 274) Pelion occurrit, alio plane ordine, nomine non expreso (*ὄρη ἀπόκρημνα*); ubi narratur fabula de pugna Centaurorum et Lapitharum ibi habita.

ed. Bonn. p. 788): *Οἱ δὲ* (equites Latini, Graecorum anno 1204 victores) *καὶ περὶ κλήρου πόλεων ἤρισαν, καὶ ἀντέδοσαν ἄλλοις ἕτεροι, καὶ ἀντέλαβον πόλεις καὶ ὄρια* (urbes et provincias). Vocem *ὄριον* in prioris libelli explicatione attingimus nr. 15. pag. 44.

105.

## Megara.

Horum mentionem in libris Graecorum Byzantinorum his, non amplius, inveni. Ergo Nicephorus Gregoras 7, 7 (Ed. Bonn. p. 252): *Λοκρῶν καὶ Φωκέων καὶ Μεγαρέων*. Chronicon breve barbaro-Graecum ad calcem Ducae (Ed. Bonn. pag. 516): *Τὰ Μέγαρα* (l. *Μέγαρα*) *καὶ τὸν πύργον Μυλοποτάμον*.

## Emendanda in priori commentatione.

Praefatio. Pro numero paginae XXV scribe 25.

Ibidem l. 2. pro chrysobullis scribe chrysobullio.

Pag. 41. l. 11. pro Traiditza scribe Triaditza.

Pag. 46. l. 2. infr. pro *Τριαδίτζης ἔγραψα* lege: *Τριαδίτζης* ... ἔγραψα.

Pag. 53. not. l. 10. 11. lege minus curabant ... Mos tamen.

Pag. 77. l. 12. pro coeperant l. ceperant.

Pag. 78. l. 4. pro *τῆ* l. *τῆ*.